tutes i diebz c̄ticis recipe influxu a luna
uniate ad expellendu humore nocivu- Ab
inferiorib; sit ut- vtute 2 dispone mae
na cu ma mltu molestat irritat vtutem
ad expellendu/ 2 iteruz cu ma e digesta
digoe in nocturno mo supdicto in ptica pa
aff°r° 22°- vtus p ppetate irretem inter
ipam 2 maz altatone movet ipaz eptius
vel inclinate ad tale motu/ possut 2 ee alia
multa uniatia ut colligit- 2a c. ca° 2°/ et
p° de creticis/ 2 possut ee mlta ipedictia/ na
c̄si fitura p sudore ipediret a/ forti frigo
re a/ forti timore a/ forti fluxu ut plures
pa c. colligit pot 2 p° de creticis- Nota
talor
q' q' in nocte renoratus ad intra maxie na-
rat natalib; opib;/ p° q2 e unitus magis/
2° q2 hi e absolutus ab alib; opib;/ Et
ho pot p pte collig. 2a c. ca° c. cu dixit/
Et sicut q' c̄gitudies 2 acca fortiora st
i nocte pptea q' calor e occupatus in di
gerendo maz- Cu sit ista c̄° infima
ad a2m/ pluries c̄tingit c̄sis in nocte q' in
die sicut pai longiie vtiussz sinnedo c̄siz
p evacuoe 2 c̄motione antecedente/ p c̄°/ In no
cte plures 2 fortiores sut cae facietes ad
hoc ut sit c̄sis q' i die g° rc/ a'm p p° ex
pte supcelestiu q2 luna maxie dnat in
nocte/ 2 ipa pbet suo influxu adiutoriu
i movendo plus q' in die/ 2° vtus caloris
e mag' intenta opom nali i nocte q' i die/
2 cu expulsio sit nalis opatio/ se illi na
ture mag' in nocte q' in die-/ 3° ma ma-
g° molestat 2 stimulat i nocte q' i die/
tu q2 agitat a/ calor/ tu q2 ide motus fa
ctus ab ea e mag' i nocte molestus ppt
c̄suetudine quiescendi- Ex istis potest is
inferre p° tamen q2 pluros moriut i nocte
q' i die/ p° q2 i illa pluries c̄tingit pugna
fortis q e int se/ 2° q2 ma mag' movetur
ppt lune dnium/ 3° q2 ille motus e mag' mo
lestus 2 nocivus q' in die/ c° q2 desr̄ influxus
solis p que vtus c̄sistit ipssioni male/ 5°
q2 illa hora mae male simul cu spu movet
ad intra versus mebra nobilia 2 sic magis
sut lesive-// 2° pz q' vondanes/ tremotus
maxie fiut i nocte- 3° apz alia ca q2 acca
st sena i nocte alr q' ponit- Cz i c̄° - Cz
c̄ c̄tie ar sit/ si nos pportionat vomi/ in
vomo aut pauciores fiut c̄ses g° i nocte p
paucoires fiut c̄ses- Hic di q' nos ppor
tionat vomi i quibzda/ no tu e omnoda
silitudo- Na i veme pp frigus dru durar
st humores frigidores valde 2 grosiores q'
estate 2 mobiliores/ ita plus fac ho ad cor
gete q' eor quiete q' revocatio caloris ad cor
motus/ h in nocte e ec/ ne g° c̄na a2t.
2a c°/ crisis p altatione sepius fit in
nocte/ pz q2 stati p° evacuoez icipit alteratio
g° cu evacuo sepius fit i nocte/ se sepius
incipit alteratio q e c̄sis/ 2 io alijs pribus
sepius fiet in ea.- Quantu ad 2m ar
ticulum- nota p° sequendo ma galiatoris
q' ad pfectione c̄sis requirit ipaz ee c̄ple
ta p totale evacuoez ine morbu facietis-//
Nota 2° q' hic no loqm cu de c̄si salubri/
na ex quo c̄paimus in pfectione/ mortiere aut
no st dicende bone se q' hic solu de salu
bri itelligatur- 3° nota q' i c̄si salubri
vtus dnatur maei 2 no ec/ alr .n. c̄sis non
erit salubris- Nota c° q' influxus lune fac
mag' ad expellendu mala maz q' solis in
fluxus/ h solis influxus facit ad hoc ut
vtus mag' resistat ipssioni male mae-//
Nota 5° q' ma subdnante alijs pribz plus
facit ad pfectione c̄sis id qd adiuvat ad resi
ste expulsione q' id qd adiuvat ad resi-
stendi maei/ pz na vtus no indiget tli
adiutorio ad expellendu na sepe videmus
na digesta/ naz no posse ea cito expelle
et io morbu paulatine t'minat- Cu sit
sit ista c°/ Aliozu pitate posita/ c̄sis
e apta fiei pfectior i nocte q' in die/ p°
q2 uniantia q hnt i nocte omnia faciut
ad cita 2 c̄pleta victoria maei/ 2 illa que
hnt i die faciut ad resistendu maei ut pz
ex notatis/ na calor retrahit 2 unit/ ma
fit mag' mobilis/ lune adiutoriu ad move
dum advenit/ h pp pma uniantia magis
pficit c̄sis salubris q' pp 2a g° rc-//
Confirmatur dies ut sic no videt fortificar
nisi crises ubi ma movet ad cute/ h ille
no sunt pfecte int alias ymo debiles/ nos
aut hic alias q sut pfecte c̄fortare/ g°
se q' pfectior absolute fiet c̄sis in nocte q' in
die/ 2 sup hoc multu se fundat galiator-
Tamen g° sequentes opione rndent ad a2a
facta an o'm/ Ad p'm rndet galiator ne a'm
q2 ut dit no coronat cu fortissie agoniza
tes/ 2 ita no vincit na nisi fortit pugnas
c̄ qua pugna acca st fortia- Cz responsio

repugnat Galenus primo huius commento 20. sic una ordine
ponit esse perfecte quod sit cum lenitate et quiete
infirmi, et Avicenna 2a quarti capitulo de sexto signibus
esse bona idem vult cum dicit. Et illius scilicet
sis perfecte complemento est advenctus tranquillitatis
et lenitatis, hic dicit esse perfecte ordinem esse
ut sit cum quiete et lenitate corporis scilicet in eius com-
plemento quia materia est evacuata totaliter ita ut ista
quies est post evacuationem, sed ante et in ea sit actio for-
tis si esse debet esse perfecta, et hoc insinuat
dicta Avicenne loco allegato. ¶ Ad 2um dicitur quod
ans est verum aliorum posita paritate, non valet
et si in die sit fortis ad expediendum causis in
membris propter solis influxum, in nocte virtus est
potentior ad expellendum materiam malam propter lu-
ne adiutorium. ¶ Ad 3um negatur assumptum quod maior
nisi aliorum ponatur paritas, nam quamvis humores
difficilius moveantur, si virtus expulsiva sit
fortior stat perfectiorem fieri crisim, immo etiam
est falsa quod in nocte difficilius moveantur, nam quanto ma-
gis per frigiditatem immobilitatur, tanto magis per in-
fluxum a luna receptum ad motus habilitatur,
cum dicitur quod sompnus immobilitat humores dicitur quod in
commotione ante tempus non obviante quod sit nox infir-
mus non dormit. ¶ Ad confirmationem dicitur negando
quod omnes cause sunt magis apte die, nisi ponan-
tur, ut 3o dicitur quod plus facit lune iuvamentum
et unio caloris et stimulatio virtutis ad perfecti-
onem crisis nocturne quam magis aptior ad perfectio-
nem crisis diurne. ¶ Ad 2am confirmationem patet
in positione. ¶ Ad 3am quod frigus impedit est
cum fuerit nimium sed tamen in nocte sunt alia que
magis promovent quam frigus impediat, propterea mul-
te sunt noctes non multum frigide ut noctes
estatis. ¶ Ad 4um negatur assumptum quia si plus consue-
to permittitur tamen ex alia parte ex celeri materie
expulsione magis alleviatur. ¶ Ad quintum dicitur quod sta-
te paritate ex parte materie possunt fieri fortiores in no-
cte. Auctoritas autem Avicenne non vult communiter de diur-
na et nocturna, sed tamen hoc inde. ¶ Ad ultimum
negatur consequentia. ¶ Quantum ad 3um articulum
supponendum quod aliorum posita paritate virtute exi-
stente fortiori et habilioribus ad motum existentibus
sit perfectior crisis. ¶ Supponendo 2o quod in nocte non
potest haberi tam bonus solaris influxus sicut in die
quia in nocte semper sol est sub emisperio nostro. ¶ 3o
supponendo quod non repugnat de die influxum cor-
poris lunaris esse bonum sicut de nocte, nam de die
luna stat ita supra nostro emisperio sicut de no-
cte. ¶ 4o supponendum humores in die a solis
caliditate mollificari et a vigilia corporis agitati-
one, nam aliter non assignaret causam quare sompnus et
quies prohibet opponere catartica et vigilia et
motus augent ut in commento illius afforismi, cum vo-
lueris elleborum. ¶ Ex hiis ponitur prima conclusio respo-
nsiva, perfectior potest contingere crisis in die quam in
nocte, nam ex parte lunaris influxus potest con-
tingere esse bonus de die sicut de nocte, et virtus
propter solis influxum est fortior, et humores ad mo-
tum sunt esse equaliter parati, igitur plures et fortiores cause
ad perficiendam crisim possunt congregari in die quam in
nocte aliis paribus. ¶ Ad argumenta. Ad primum
quando aliis paribus, non stat quod in die virtus in
die est fortior quam in nocte, est minor igitur

stimulo poterit esse perfecta crisis fieri. ¶ Ad 2um dicitur
calorem esse fortiorem in die propter solem quam in nocte propter
clausionem. ¶ Ad 3um negatur maior quia crisis non fit
a natura nisi stimulata, et ideo agit ut stimulata
id est quando stimulatur, et sepius agit cum sepius stimu-
latur. ¶ Ad 4um non propter alia positione patet finaliter
conclusio.

In ventris fluxibus. Continuo afforismo
est ista, mutationes egestionum cum non sunt ad res
peiores significant bonum in fluxibus ventris, quia
iste significant coctionem completam aut quasi completam modifi-
cationem, tales autem scilicet sanitas in fluxu ventris
igitur iste significant sanitatem et per consequens bonum, antecedens cum consequentia
in notatis declarabitur. ¶ Circa hunc afforismum nota
quod per ventrem hic plura intelliguntur in diversis ab
Ypocrate ut dictum est afforismo 2o, hic intelligimus ventrem
inferiorem scilicet intestina. ¶ 2o nota fluxum ventris
importare omnem expulsionem rei preternaturalis fecalis a
corpore per viam intestinorum ex ano. ¶ Nota 3o quod per
egestiones debemus intelligere omnem talem rem per viam
ani a corpore egredientem ex concavitate intestinorum
sive fuerit superfluitas prima digestionis, sive humor, si-
ve quecumque alia res ut partes membrorum. ¶ 4o nota
quod istas egestiones mutare intelligitur per unam significationem
quia sunt signum bonum ut dicit Galenus in commento. ¶ 5 nota
quod mutationes egestionum possunt dici quia aut simul
plures res varie, aut in colore, aut in modo substantie
expelluntur, aut quia successive expelluntur primo aliqui
quorundam morum, postmodum alie aliorum morum, et
puto Ypocratem intendere modo 2o propter modum lo-
quendi dicit, si non ad mala se transmutat, non enim
dicimus egestiones transmutari ex una dispositione in
aliam si simul expellantur diversorum morum. ¶ Expo-
sitio hic afforismus solet ita verificari notando quod
ista mutatio egestionum, aut est ante signa digestionis, aut
post, si sit ante signa digestionis dicitur ex malis
quia significat peccatum plurium materiarum contra quas aliis
paribus difficilius pugnat virtus, sed si apparet post
signa complete digestionis tunc significat bonum, quia significat
materiam malam multiplicem secundum omnes suas partes va-
rias victa a virtute, et hec expositio potest roborari
ex Avicenna 2a quarti capitulo de signis sumptis ex egestione
ita dicente, diversitas coloris eius quod egreditur ex
egestione est laudabilis in duabus horis non aliter, quarum
una est diversitas contenta post digestionem in die
critica et signo critico. Et alia est post potionem
solutivam preciosam forte, et significat in duabus disposi-
tionibus mundificationem corporis expectata. In aliis non
significat adhustionem et multitudinem humorum corruptorum.
¶ Nota secundo quod post signa digestionis stat malam
materiam que prius latebat moveri, aut ex nova
causa fieri forte adhustionem membrorum ex quibus causis
illa que egrediuntur in fluxu erunt peiora quam illa
que egrediebantur ante signa complete digestionis. Et cum
isto ad deteriora fiat mutatio erit signum malum
ideo ad hec cavenda addit Ypocras si non ad ma-
la se transmutaverit, et intelligo generaliter de omni
vehementi malitia que in commento explicabitur. ¶ Hic
modus expositionis est clarus et roboratus auctoritate
Avicenne ut vidistis, sed quia Galenus non limitat re
ideo fortasse dici posset quod cum accidit fluxus hu-
moralis et plurium est non humoris et peccant sunt
illi qui evacuantur (?), sinceri (?) et non solum peccans

14 hec fuerint ...

humor evacuatur sed cum alio permixtus, scilicet sua
nimia quantitate tegit alium et occultat. Cum
autem pauci humores fuerint quod totus evacuatus quasi
in fine relaxata fuerit membra propter modicam
diuturnitatem et satis de alio humore non multum
paucitate sed valde commixte paucitate evacuatur. Et
propter paucitatem humoris primi paucitas iste mi-
nus tegit et potest manifestius apparere, hoc igitur
non est talis mutatio cum non est ad maligniorem
humorem significamus purgationem corporis ab humore cum
magna erat quantitas et paucitas, et ideo speramus
certam salutem, quod cum non sit secundum Ypocratem tamen quia
quamvis uno plurimum verificatur, ideo Ypocras posuit
istum aphorismum. Sufficit enim ad hoc ut ad dicatur
signum bonum sit ut plurimum signus bonum. Ego
istud multotiens sum expertus quod cum primo incipit
fluxus valde colericus acutus interdum in
sua acuitate perseverat non sum veremus finem,
sed quando ex mordicatione habet minus et in colore
video minus manifesta signa cole quia flamma ma-
gis apparet, appropinquat sanitas. Hec in verbis [illegible]
expositoris. Ergo si dicatur diversitatem colorum in egestio-
ne non esse laudanda nisi in casibus ab Avicenna
descriptis, credatur de diversitate simul apparente,
sed cum apparet successive non oportet. Nec oportet quod plures
humores paucitates significent ut patet ex modo
assignato. Sequitur commentum.

Diversitates egestionum. Galenus
faciunt duo. Primo verificat partem primam,
secundo verificat exceptionem, ibi: nisi
tamen. Dicit prima parte dicit quod diversitates egestionum
et mutationes earum significant purgationes multorum et
diversorum humorum et dant fiduciam mundificationis cor-
poris et sanitatis. Sed intellige hic de mutatione
succedente. Et intellige quod hoc facit ut plurimum.
plurimum enim in principio quando mutari debent egestiones hoc
modo non unus humor evacuatur sed plures et diver-
se mutantur egestiones in colore et modo sed non per
nomine humores exitus sed semper a potentibus diu-
tius sed per diminutionem malignationis evacuatis ut
dictum est in 2a expositione. Vel dic istud esse verum
post signa digestionis. **Nisi tamen.** Hic ve-
rificat expositionem dicens quod hoc dictum est verum nisi
iste egestiones in hac mutatione ad malignas trans-
mutentur secundum predictum. Tunc enim staret hac
mutatione signum, sed cum multis et variis modis
contingat ista transmutatio ad malum fieri de duabus
valde malignis transmutationibus fecit mentionem ut
per illas tamen per omnes intelligamus. Volens alias
dicens quod si mutetur ad malum significamus membrorum
solidorum eliquationem et totius corporis dissolutionem aut
corruptionem et putrefactionem nimiam sunt male. Sic
hec egestio unctuosa de qua facit mentionem
Ypocras primo prognosticorum qua dicit significare dissolutionem sta-
bilis humiditatis. Et fetens de qua dixit significare corporis
putredinem et corruptionem. Alii autem sunt mali ut
si ex flava mutatur ad fuscam aut eruginosam.
Et sic de aliis quos oportet per istos intelligere.

Si fauces egrotant. Ypocras in isto
aphorismo intendit duas conclusiones, secundam ponit
ibi. Si non fuerit. Conclusio prima est ista. Corporum quorum fau-
ces egrotant aut pustule nascuntur multe si
egestiones habeant humorales non sunt intenda nu-
tritione consumptiva. Primo ista corpora sunt egra aut ap-
ta egrotare mali egestionem igitur sunt non pura et tunc
sic sunt non pura igitur non sunt intenda nutri-
tione consumptiva. Antecedens in notatis videbitur. Et
conclusio ex aphorismo 10o. **Si vero fuerit.** Conclusio 2a
est ista. Corpora dicta si corporum superfluitates fu-
erint similes preservantes superfluitatibus sanorum
sunt intenda. Probatur quia mundus sunt pura igitur sunt
intenda. Antecedens et consequentia in notatis videbitur.
Circa aphorismum nota primo quod hoc nomen fauces
primo et proprie importat quasdam carnes glandosas po-
sitas iuxta radicem lingue et in capite gutturis
natas superfluitatum cerebri receptivas, et dicun-
tur 3a aphorismorum faringes, et conclusio 3, dicuntur autem
fauces sicut vestibula a fando vel fodendo noce,
2o modo applicatur hoc nomen ad significandum omne mem-
brum quod est emunctorium principalis, sicut pudenda sunt
cerebri et sub ascelle cordis et inguina epatis.
3o accipitur hoc vocabulum pro omni membro debili
2o altius, quamvis modo sumatur verificatur aphorismus
maxime primo modo, quia plures egrotat cum sit emun-
ctorium membri plurimas proprias superfluitates con-
tinentis scilicet cerebri quod est totius quasi caminus va-
pores undique recipiens et in flegmatum fri-
giditate redigens. Secundo nota quod fauces egro-
tare aut pustulas in corpore nasci debemus intelli-
gere a causa humorali corporis non a causa primitiva
solum ut percussione vel occursu rei pustulas
facientis sicut urtica. Nota 3o. Dicitur esse et
pustule ad denotandum quod non loquitur hic de illis
que sunt manifeste venenose aut sana in qua iste pu-
stule apparent ut in scabiosis aut salsis loquitur
de venenosis. Pustule enim dicuntur prava apostemata que
ab Avicenna dicuntur bothor. Nota 4o. Per egestiones hic
intelligo non solum superfluitates per digestionis sed omnes
superfluitates sensibiliter expellendas sicut urina et su-
dor et sputum et talia, et tunc per egestiones cole-
ricas intelligitur humorales scilicet cum permixtione
maiori quam debeat vel in sanis appareat. Colera
enim alii sunt per omni ut infra ad omnem humorem.
Si febris a colera non habeat. Et ita hic propor-
nabiliter sunt colerici generaliter pro humorali. Nota
quinto quod corpus egrotare potest intelligi duobus modis,
uno modo quia sit actu egrum, alio quia sit paratum ab in-
trinseco cadere in egritudinem, et hoc secundo modo sumitur hic.
Sexto nota quod si fauces egrotat vel pustule
nascuntur, modo dicto est signum quod materia est mala in
corpore stimulans virtute ad expellendum cum ad ista
membra mandetur, sed si tota materia ad hec membra
mandetur, scilicet stomachus et epar et alia principalia remanent
munda. Et ideo cum digestio et superfluitatum expul-
sio debet esse similis sanorum et egrorum. Si ergo est
similis egrorum sanorum significatur quod corpus est inter[illegible]
mundificatum per hanc transmissionem humorum ad fau-
ces vel cutem, et sic corpus debet nutriri, sed si materia non

tota materia transmisit remansit de ea in venis et principalibus membris. Et iterum in aliquibus superfluitatibus ut fecibus vel urina aliquid de ea egreditur ita ut inde egestio dicenda sit humoralis. Et iterum humorositates superfluitatis significant corpus esse intrinsecus habundans malis humoribus et sic non parum nec minimum. Attende tamen hoc verificari cum duabus condicionibus, una quod egestiones sint plures perseverantes non una vice vel duabus, nam in pestilenciali febre quandoque non apparent egestiones colerice primo sicut sanus, 2a condicio quod talium superfluitatum exitus non fiat a causa extrinseca ut puta medicina assumpta vel cibo medicinali vel errore aliquo.

In hoc afforismo duo contraria. Galienus in commento facit duo: primo complet hunc afforismum per supplementa, 2o verificat eum, 2a ibi Nunc autem ypocras. Dicit primo quod ypocras posuit duo contraria quod dispositionibus corporis super quibus significat in afforismo, et iterum oportet quod eis correspondeant contraria significata, sed quia ipse unumquodque signorum posuit unum significatum, nec illa posita contraria iterum per ista que posuit dant intelligere due partes supplende per afforismi complemento. Nam primo signo debet apponi per significato ultimum id quod est oppositum oppositi significati expressi in 2o signo et econverso, dicendo quod isto supplendo ubi fauces egrotant et pustule in corpore nascuntur oportet considerare egestiones quia si fuerint colerice corpus egrotat et non sumus certi quod ipsum debeamus mittere, sed si fuerint sicut sanus corpus non egrotat et ipsum debemus mittere. Unde autem. Modo verificat afforismum et dividitur in tres partes, primo ostendit quomodo fauces egrotant et unde pustule nascuntur in corpore, 2o ostendit quare ad significandum propositum oportet considerare egestiones, 3o verificat ambas conclusiones, 2a ibi oportet igitur, 3a ibi ypocras autem. De prima dicit se alibi monstrasse quod natura regitiva animalium que est virtus naturalis corporis et propterea in hoc opere virtus expulsiva expellit humores malos de membris principalibus ad loca debilia, et quia a corpore expellit fluxum ventris aut vomitum aut sudorem, sed multotiens cum materiam movet ad cutem pori sunt clausi et materia est viscosa, iterum adheret cuti et ibi causat ulcera et pustulas, quia vero ad fauces mittit quia faciliter recipiunt humores a capite transmissos. Causa igitur harum egritudinum est humor in corpore peccans. De parte 2a dicit quod oportet considerare virtutem, hec virtus totam materiam peccantem a membris nobilibus expellit ad ignobilia et debilia aut non totam, sed remansit multa pars in membris nobilibus, et hoc intelligitur per excrementa, quia si non tota expulsa est necesse est egestiones vel alia excrementa apparere humoralia cum permixtione humorum. Cum ultra illa in cute sint ex colera vel sanius mixtione, que mixtio fit per coleram, et simpliciter si toti humores sunt defluxi ad hec ignobilia membra tunc interiora sunt munda et superfluitates sicut sanus. De parte 3a dicit ypocras hoc voluisse quod corpus habet in quibus hee superfluitates viderint prius debet mundificari quam mittere, sed si mitteretur immondificata magis fieret lesio.

Sed si excrementa corporis sint sicut sanus ut dicitur corpus est mundificatum et debet mitti ad sensum datum.

Dubitatur utrum per egestionem colericam pustulis nascentibus in corpore significetur super corporis impuritate. Nota quod arguitur sic: egestio non significat nisi super membra infra diafragma contenta ergo non significat totius corporis impuritatem. Antecedens est Galieni primo pronosticorum capitulo de egestione et primo de crisi capitulo 20, et 2a primo capitulo ultimo. Minor sic: egestio sumit formam in intestinis tantum ergo super intestina tantum significat. Antecedens est Avicenne 16 3i capitulo primo. Tertio egestio significat solum super stomacum quia est superfluitas prime digestionis et solus stomacus facit hanc digestionem superfluitatem quia solus ipse digerit digestione prima. Confirmatur quia si intestina possent prima digestione digerere sequeretur quod corpus possent genere mittere, quod est contra experienciam. Item in separacione musculorum meri non esset multum periculum contra Avicennam quarta 3i. Quarto stat egrotos esse puritas cum corporis impuritate et econverso, primum in pestilenciali patet in quo urina erit bona et infirmus tendet ad mortem primo De crisi et 3o pronosticorum, 2a primo capitulo ultimo, illa parte Sanus qui non excitatur multotiens egerent ventus. In oppositum est ypocras hic. In ista questione primo ponet notabilia, 2o respondebit de quesito. Notandum quod primo quod nomine egestionis debet multiplicari ut dictum est supra, hic tamen dicitur de superfluitate digestionis prime. Nota 2o quod cum in stomaco genitus est chilus ex cibo transmittitur a stomaco per portanarium ad intestina et sic mixtum cum superfluitate que erat recepta cum in chilo, ab intestinis per meseraicas attrahit epar chilum parte superflua relicta et illa est egestio cum commisceret in naturali dispositione colera a cisti fellis ad intestina transmissa. 3o nota quod intestina sunt quoddam receptaculum superfluitatis totius corporis propter venarum stomaci et epatis, et iterum multis contentis superfluitatibus in diversis membris cum fere permisceretur ut plurimum ita quod sic diu perseverat humorum talium multitudo in corpore quod propterea notabilius ad intestina transmittatur et cum fere egrediatur. 4o nota quod licet stomacus habeat virtute digerendi digestione prima maiore quam alia membra ab ipso, tamen in intestinis recipit hec virtus tali digestione digerendi, sed hoc notatum colligitur plane 4o De utilitate particularum et ab Avicenna 16 3i capitulo primo et specialiter de intestino monoculo. Et quia digestio fit a membro a quo superfluitas generatur et separatur, iterum ex istis patebit quod contingit feces sumere suam formam formaliter in stomaco contingit et illam sumere in intestinis cum in illis contingat prima digestione fieri. Contra arguitur quia stomacus est ille qui separat a cibo feces et expellit et non intestina, Avicenna sicut 4o de interioribus capitulo primo tractatu primo ubi dicit. Et virtus stomaci est que separat cibum cum decoquerent ipsum et modificat ipsum et separat ab eo feces et eicit eas ad inferius. Hic dicitur concedendo stomacum hoc plurimum facere, sed ex isto non sequitur

quod numquam fiat ab intestinis / ꝟo alii fit ab eis / et hoc plane concipit ex modo loquendi auicenne 16a 3i capitulo primo. ¶ Quarto nota quod non est inconveniens unum signum significare super plures corporis dispositiones / unam significando mediate / aliam immediate / nam effectus habet plures causas / et immediatus super immediatam significat / et mediate super mediatam. ¶ Nota 5o quod licet fex numquam fiat a stomacho tamen ipsam esse humoralem potest fieri a stomacho et a multis aliis causis, ut si in stomacho generaretur fleuma quod egestioni commisceatur fit humoralis a stomacho, si vero ab epate vel splene vel toto corpore [illegible] talis humoris ad intestina tunc dicimus quod fit humoralis ab illo membro. ¶ Ultimo nota quod egestiones esse humorales potest intelligi praeservari et multis modis, aut non praeservant / et ita eas esse similes fecibus sanorum. ¶ Ex hiis habitis sit hec prima conclusio, omnis egestio humoralis significat immediate super dispositionem intestinorum / probatur quia omnis talis significat immediate illos humores in intestinis fuisse cum fece. ¶ 2a conclusio / multe humorosarum egestiones significant super aliorum membrorum dispositiones mediate / ista patet quia cholerica significat super epatis oppilationem aut debilitatem, alba super oppilationem pori fellei / compressa super humiditatem capitis / et sic de multis aliis colligendis. vide 3i. ¶ 3a conclusio. Et si egestio que est superfluitas primae digestionis plurimum formam suam fecalem recipit in stomacho tamen plurimas eius dispositiones accidentales acquirit in intestinis. prima pars omnibus patet quia in stomacho generatur chilus et idem est continens superfluitates et chilum / 2a pars patet quia croceum colorem acquirit in intestinis a colera profluente a cisti fellis, constantiam et soliditatem acquirit propter expressionem partis fecalis cum commiscebitur et separationem ab illa / et hoc fit in intestinis / et ita apparet de aliis. ¶ 4a conclusio. Et si contingat egestionem humoralem esse factam corpore modificato, plurimum tamen significat habundantiam talium humorum in membris contentibus intestinis cum ipso et venis / prima pars patet in textu ultimo allegato auicenne / 2a pars patet quia plurimum non totaliter humoralis materia que erat in corpore in una vice expellitur. ¶ 5a conclusio egestiones praeservatas humorose significant habundantiam malorum humorum quo ad interiora patet quia non possent praeservari esse tales nisi propter habundantiam / et intelligatur conclusio deducto errore in victu et cum permittitur hoc faciente sic erit continuus potius medicinarum aut palliar[illegible]. ¶ 6a conclusio superfluitates praeservatae similes sanis colore, odore, modo, substantia, tempore exitus / et puritate a re extranea significant interiora membra esse pura a malis humoribus patet quia si essent isti mali humores non possent notabiliter stare quin aliquo modo commoveret / et a natura expelleretur. ¶ **Ad argumenta in oppositum.** Ad primum respondeo [illegible] s. G. voluit quod super alia membra non significat immediate et ita dicit 2a s. ¶ Ad 2m dicitur quod egestio in intestinis sumit plurimum formam accidentalem licet et quam fecalem s. respondeo ad 2m. ¶ Ad 3m respondeo quod solum

fit in stomacho / respondeo et quod solus stomachus digerat digestione prima / nam auicenne 16a 3i capitulo 2o expresse vult quod in intestino monoculo perficitur digestio eius quod in stomacho efficitur digestione / et patet quod loquitur de digestione prima cum dicit / et intestinum monoculum est intestinum in quo completur digestio eius quod fuit inobediens stomacho. ¶ Ad 4m patet quod constat ita esse praeservatae sine cum permittuntur.

Ubi indigentia non oportet laborare. 16

Conclusio quam intendit ypocrates in hoc aphorismo est ista / corpora famelica fame naturali cum paucitate nutrimenti non sunt exercitanda regulariter / probatur quia per exercitium tale notabiliter virtus dicti corporis debilitatur et perimitur quod non est exercitandum regulariter assumptum et quia sicut patebit in notandis. ¶ Circa aphorismum nota primo multis modis sumi indigentiam ut supra de illo aphorismo cum non plenitudo etc. hic tamen sumitur pro fame que coniungitur paucitati nutrimenti / ¶ 2o nota quod hoc nomine labor sumitur multis modis ut dictum est aphorismo primo huius partis hic sumitur pro forti exercitio. ¶ 3o nota quod exercitium sumitur quandoque generaliter pro omni operatione virtutis non voluntarie motive / et hoc modo dicit a. G. in libro de timore et retigatione quod stare est species exercitii. 2o modo sumitur stricte pro illo motu voluntario propter quem expiratio in aliqua sua parte permutatur / vel est apta corpore in suo proprio temperamento permutari ad maiorem velotiorem vel frequentiorem / et hoc voluit dicere G. primo [illegible] exercitium est motus voluntarius propter quem anelitus magnus et frequens [illegible] erit corpore sano [illegible], et isto modo describendo videtur G. dixisse 3o de regimine sanitatis quod exercitium est vehemens motus in tantum quod alteret respirationem in magis vel minus velotius vel spissius / nam si alterat minus motus sui vehementia hanelitus in minus tunc corpore in sanitate conservanda erit ille motus aptus alterare in magis. ¶ 4o nota hora famis que coniungitur paucitati nutrimenti consolutio fit fortis / nam humidum minus consistit eo paucioris, nam [illegible] calefit calor aliis partibus / et corpore a fame calefit ut plurimum / et propter [illegible] sensationem spongis [illegible] nate movet / unde dissolvunt, [illegible] solutio contingat paucitati nutrimenti non potest applicari aliqua cum fortiter dissoluta nisi cum non exercitium tibi nutrimento et per omnis numquam apportaret regulariter. ¶ 5o nota quod per exercitium fieri dissolutionem forte fortificato calore et spiritu agitato. // Ex hiis patet aphorismi veritas intentio. ¶ Ultimo nota istum aphorismum posse ad ambo exponi istos / corpora famelica fame naturali non sunt exercitanda regulariter / sed ergo quia teneo quod stat in corporibus ultimate repletis laudabili nutrimento fieri famem naturalem / concedo quod stat famelicum corpus sine nutrimento maiori [illegible] exercitari quia stat dissolutione facta fame et exercitium esse utile, sed tamen nullum famelicum [illegible]

intrinseci paucitate est regulatur exercitandum et hoc vult Galenus in commento.

Certa fames. Galenus commentando afforismum duo facit: primo exponit vocabula in afforismo posita et sensum ponendo; 2° verificat per causam, 2ª ibi **Omnia huiusmodi**. Prima in duas, quia primo quod dictum est, 2° amplificat afforismum, 2ª ibi **Quod universaliter**. Prima in duas: primo declarat istud vocabulum indigentia, 2° istum terminum laborare, 2ª ibi **laborare**. Circa primam partem licet alii exponant quod Galenus dicit ypocras vocare hic indigentiam naturalem cibi appetitum, non tamen michi videtur ita, et ideo exponam modo meo. Dicit ergo in prima parte tria: primum quod carentia cibi cum qua sequitur intensus appetitus est certa fames, ita quod hoc nomen fames non solum significat apetitum cibi vel tristem sensationem ex multotiens indigentia cibi vel nutrimenti, quod est idem, connotando quod illam indigentiam sequitur appetitus. **Dicit** 2° quod talem famem vocat ypocras indigentiam in pluribus locis, primo in 2ª particula epidimiarum cum dicit Elenos cum propter indigentiam comederunt leguminia sequitur eos pedum debilitas. Tunc indigentia vocat famem dictam scilicet carentiam cibi cum apetitu, sive hec carentia fuit voluntaria sive coacta in fermis 1ª particula cum dicit, humidum habens corpus oportet ut indigentia mediocri qua humores exsiccentur. Et in libro pronosticorum dixit quod oportet indigare equitate sicut hunc solutionem vel aut nimia indigentia id est cibi carentia nimia. **Dicit** 3° quo ad hanc partem quod cum ypocras nominavit indigentiam intellexit paupertatem cibi scilicet quamvis sit apetitus, et ideo sensus afforismi est, ubi indigentia non oportet laborare id est qui non habet manducare non oportet quod laboret, et hoc propter causam dictam in afforismo notatis. **Laborem.** Hic exponit illum terminum laborem, dicens primo quod per laborem intelligit omnem motum voluntarium qui alibi vocatur exercitium, et ideo ex afforismo sententia colligimus quod cibus semper debet exercitium id est coream non sit exercitanda nisi cum presentia nutrimenti. Vel aut pars ista intelligatur similiter hic cibus non pro futuro nutrimento sed pro presenti nutrimento aut vero nutrimento id est non debet exercitari corpus in quo non est sufficiens venarum vel quam venarum nutrimenti quantitas. Non autem intelligas quod cibos in stomaco existente exerceam, quia in digestionem fieri prohibet ut 3° particula capitulo de regimine eius quod comedit et bibit. Et si dicat in illo capitulo incessus hic in placet post prandium cum bonitate cene preparat. ~~Galenus~~ [?] de incessu sua in qua non est exercitium ut patet legenti ibi.

[margin: scilicet ita ut cibus [...] digestidat]

Quod universaliter. Amplificat afforismum dicens quod hoc est universaliter faciendum a sanis et infirmis regulatur, quia sanus non est ingendus quod ieiunet, et quod laboret regulatur cum tunc fieret notabile nocumentum dissolutionis, et intelligitur sententia [...] na in 2° causa sanus sed lapsus indiget simul et exercitio et fame et

ieiunio ut multa fiat in eo dissolutio. Ista infirmorum corpora non sunt nimio motu exercitanda et hec ieiunia cogenda. Similiter regulatur intelligendo per famem dicta ieiunia, similiter nam farmatia id est medicina ventris solutiva et flobotomia sunt necnon ieiunatibus id est carentibus nutrimento cum frequentant et coacte quare. **Omnia huiusmodi.** Verificat per causam, et dicit duo: primo primum est quod causa quare ista non sunt similiter ingenda est quia per istos motus deficit corporis sive virtus id est debilitatur multum et ypocras ad hoc intendit in isto afforismo ut virtus custodiatur sicut est scriptum in libro de dieta. **Dicit** 2° quod virtus est quodammodo una et quodammodo non una est enim una genere et multis formis id est multis rationibus sibi convenientibus, quia est una sub hac ratione anima, et sub hac ratione forma, et sub hac ratione virtus, sed speciali denominatione non est una id est non habet solum unam specificam denominationem, nam vocatur visiva, auditiva, nutritiva, generativa, et augmentativa etc. quod omnia sunt res una scilicet anima, et huic credo huius loci intellectum, licet multi intelligant de spiritu vitali qui est virtus una generaliter ad omnia opera generales multarum formarum diversorum membrorum, sed virtus in spiritu id est speciales spiritus determinati ad certa opera sunt plures scilicet animalis, naturalis, visivus, auditivus etc.

Ubicumque cibus preter naturam. 17

Sentencia afforismi est ista: in quocumque corpore cibus ingreditur preter naturam in eo est aptus facere morbum, primo quia talia corpora propter cibum assumptum preter naturam sunt apta incurrere morbos qui non curatur per evacuationes eius quod ex tali cibo in corpore remanet. Quia talis cibus erat aptus facere egritudinem illa, tamen omnia quia talis cibus non curatur nisi per oppositum per illa educatur causa morbi que erat remanens ex cibo assumpto. **Circa** hunc afforismum nota primo quod per cibum debemus hic intelligere nutrimentum quod corpus ingrediens est aptum in illo operari, nam convertitur in substantiam membrorum sive fuit in forma potabili sive non. **Secundo** nota triplicem inveniri cibum, nam quidam dicitur verus cibus et est ille qui immediate in substantiam corporis convertitur ut vina de 2° humiditatibus. Quidam dicitur quasi nutrimentalis, et est omnis humiditas naturalis in vase corporis per digestionem generata apta non immediate sed tandem nutrire per ulteriorem actionem caloris naturalis, et istorum chilus et sanguis est quasi nutrimentalis. 3° modo dicitur cibus vel nutrimentum quod ab extra ingrediens corpus est ita aptum pati a calore naturali corporis ut tandem in substantiam corporis convertatur, et qualibet istorum trium modorum verificatur afforismus ut patebit. **Nota** 3° quod talis cibus hic dicitur ingredi corpus naturam cum ingreditur ut corpus oportet. Consistit autem convenientia maxime in sex conditionibus scilicet in quantitate, in qualitate manifesta, et qualitate occulta sive proprietate, modo sumendi, tempore et ordine debitis, licet ista sex comprehendit a Galenus 3° tegni sub quantitate et qualitate. Et ideo dicimus cibum intrare corpus ingredi quando in aliqua istarum conditionum disconvenit. **Quarto** nota quod cibum ingredi corpus preter naturam, potest

intelligi duobus modis / uno modo quod in aliqua dictarum sex
contradictionum sit dissens puta in contis qualitatis
aut quantitatis aut id. 2° modo dicitur ingredi corpus preter
naturam quia potest posse nature id est quod a virtute naturali regu
lari non possit / Et hoc modo 2° sumpsit. G. in glo
et constat quod hoc sic / Cibus ingreditur corpus preter
naturam modo 2° quod ingreditur preter naturam modo primo / nam
nunquam cibus est talis ut a virtute regulari non
possit in modico defectus aliqua illarum sex contradictionum /
Sed bene potest esse defectus in aliqua illarum sex rerum /
et tunc cibus obtinebit a virtute / Verum perveniet in
quali 2 est in modica quantitate quod virtus ipsum superat
et vincit. Aliquo nota quod hoc nomen egritudo
quandoque sumitur stricte pro dispositione corporis humani preter
naturam per se 2 immediate certa lesione operationis le
sivam ut dictum est / quandoque large pro dispositione preter
naturam lesiva operationis per se immediate 2 certe
sive sensibiliter sive non cum ex latitudine exeunte
id est pro qua corpus ex latitudinem propter sanitatem sumitur
3° sumitur pro omni dispositione imperfectiva operationis sive
intra latitudinem sanitatis sive extra / 2 hoc 3° modo
sumendo non est dubium quilibet cibus preter naturam corporis
ingrediens facit egritudinem quia facit dispositionem lesivam
operationum aliquo modo sive multum sive modicum per
maneat / nam statim sit corpus applicatur incipit a
quadam dispositione tali / Si ideo sumamus egritudinem primo
aut 2° modo intelligendo quod facit egritudinem id est si
superaverit 2 in nobili quantitate sumatur et aptus
facere egritudinem nam ex unica assumptione non fa
cit egritudinem modo dicto semper / Sed est apta scilicet ex eo
ex multis talibus fieri. Et hunc sensum videtur
intulisse G. in glo. Sed hic solet qu

Hic solet queri si cibus facit

egritudinem in quo genere cause est cibus / utrum
est causa primitiva aut corporea / et si corporea
utrum antecedens vel coniuncta / nam si cibus in eo quod talis
esset causa corporea tunc talis cibus esset causa corporea quod
repugnat locutionibus auctorum dicentium cibum esse
causam primitivam 2 incorpoream / Si non dicatur cibum
esse causam primitivam ut sic / tunc sequitur quod si quis potaret
sanguinem proprium ille esset causa incorporea / quod si tamen est sanguis
sit causa corporea cum sit causa humoralis 2 omnis talis
est corporea. Pro huius dubij intellectu

Nota apud auctores medicine inveniri istos
terminos causa primitiva vel incorporea / causarum corporearum / quedam
est causa antecedens / quedam causa coniuncta. Causa describitur 2a
primo quod causa est id quod primo est / extra quod pervenit inductio
alicuius dispositionis in corpore humano / aut fixionis eius /
per causam scilicet media propter intelligitur causam efficientem
tem / efficientes autem aut producit de novo dispositionem
unius est causa aut conservat / 2 hoc modo vult Avicenna
que extra causa pervenit aliquam dispositionis inductio quia
producat ab ea aliqua dispositio / aut fixionis id est con
servationis vel permanentie 2 hoc pro causa conservante / quia
aut causa est prior naturam / 2 non est prior tempore suo
effectu / 2 quo conservans reducatur ad genus cause
efficientis sunt res magis pertinentes ad 2m phi
corporis. Causa non a medicis vocatur incorporea quia sunt
cause extra substantiam corporis humani / 2 intelligitur esse
extra substantiam corporis humani omne id quod advenit
ab extra / aut imprimit ac si ab extra adveniret / aut
si ab intra advenit 2 ab intra imprimit / est tamen
non pars corporis sed anime denominatum / 2 dico notanter
quod advenit ab extra aut imprimit sicut ab extra ad
veniencia verbi gratia si quis digito percussit oculum
diceremus illum digitum esse causam incorpoream non obstante
quod non adveniat ab extra / sed quia eo modo imprimit /
quo ab extra venientia consueverunt imprimere / ideo
dicitur causa incorporea / 2 sanguis proprius bibitus 2 hoc
modo est causa incorporea / sed non lapis in vesica. Alij
tamen solet hoc modo causam incorpoream describere quod est causa
que non sunt in corpore generata humano / aut aliquis
que non est pars corporis denominata
sunt extra corporis / aut non est pars corporis denominata
2 hoc ultimum addunt propter anime accidentia / sed
hoc non puto verum propter digitum percutientem qui est
causa primitiva 2 sibi non convenit descriptio ista. Alij
non describunt causam incorpoream quod est causa corpori
exterior aut interior / procedens tamen ab ea ut est
contingentia / 2 patet quod contra hoc arguitur sicut de percussione de
membro percutiente / 2 item cibus cum est intra corpus
est tamen causa incorporea quoniam non permutatur in corpore /
Videtur igitur melius dicere quod est causa extra corporis generata
vel eo modo alterans aut permutans quo solet extra
inserta permutare / aut operatio vel passio pen
dens ab anima ut est virtus cognoscitiva. Per causam
autem corpoream intelligitur causam generatam in corpore 2 eo
modo quo in corpore generata alterare solet / primo
modo 2 non principaliter opus vel passio anime ut est
cognoscitiva sicut verbi gratia compositiones / oppositiones / hu
mores / inbria 2 putrida. Causa autem ante
cedente hoc modo quidam medici describunt quod est
causa corporea inter quam 2 effectum cadit medium /
2 per medium intelligitur aut tempus medium / aut
alia causa media efficiens utrimore / Ita
quod verbi gratia flegma nunc existens non putridum / quod
tunc ad causam cadit egritudinem / 2 nunc non cadit
est nunc causa antecedens illius future egritudinis scilicet febris /
quod dictum est volutarum / tunc enim oportet dicere quod in
corpore de 2° modo equalitatis est causa morbi patet quia
in eo est humor qui tunc ad causam cadit mor
bi ut constat esse possibile 2 tamen omnis talis sit preter
naturam sequitur quod in corpore de 2° modo equalitatis est res
preter naturam quia omnis causa morbi est preter naturam. Ideo
igitur non quod adhuc ut sit causa antecedens requiritur
quod sit causa 2 tamen hoc inter ipsam 2 effectum cadat
causa media / verbi gratia si cibum est repletum humidi
tate stomachi 2 post humores descendit ad fora
mine vene / tunc dicimus quod illa repletio vene
cibi est causa oppilationis / nam propter illa repletionem
contingit quod ille parcius humor ad foramen
descendit. Et si dicatur contra quia tunc in febre de
multorum non esset nisi causa coniuncta / quia non
est causa nisi humor qui actu putrefit qui est
causa coniuncta / Dicitur quod humorem qui non est putri
dus stat esse causam putride febris mediante pu
trido verbi gratia si sola una vena colerica male
esset non movetur ad putredinem quia regularet
sed quia contingit cum alijs illa non movetur
ad putredinem / sic alie non putride sunt causa
quia ista putrefit / 2 sic sunt causa febris mediante ista.

Causa aut coniuncta e illa que cor^ea int qua et effectum no cadit medium / sic vapor putridus e ca coniuncta febris putride, ut^m aut humor putridus q no pervenit ad cor / sed sicut vapore cor mutatur cordi sit ca coniuncta, e quod alibi videnda. Ad propositum g^o intendendo dicatur q cibus intrinsecus permanet sub forma qua ab extra immissus e cor e ca primitiva / sed postquam transmutatus e a calore nostro post prima applicatione per modum cibi extrinseci et propria perdidit formam et acquirunt nova / tunc e ca cor^ea aut primitiva / aut antecedens.

+ inter dic.

Quod hic dicit. Galenus in commento facit duo p^o ponit habitudinem huius afforismi ad precedentem, 2° continuat afforismum, 2^a ibi / Quod preter naturam. Dicit p^o quod ypo. alibi expresse de quod hic exponit s. in alio afforismo ubi dicit / Non plenitudo, non indigentia etc / sed hic solum loquitur de plenitudine i. repletione excedente posse nature / et ideo iste est preteritis 2us de afforismis. Quod preter naturam. Exponit afforismum et dividit in 2as partes p^o ondit quid intelligendum sit per cibum preter naturam cordis intratem, 2° verificat 2am partem afforismi s. illa manifestat non sanatio 2a ibi / Quod aut subdit. Prima in 2as p^o ponit unum generale intellectum cibi implicando unam distinctionem, 2° specialiter ondit intellectum ypo. 2a ibi / Quod aut cibum. Dicit p^o quod cum ypo. exponit cibum preter naturam intellexit cibum faciente repletionem que dicitur preter naturam in comparatione ad aliam rationem que e naturalis nam membra debet esse aliqua repletione natura repleta. Dicit 2° quod ad hanc partem quod repletio preter naturam e duobus modis / uno modo in comparatione ad largitatem vasis / et isto modo illa dicitur repletio preter naturam quia vasa plus debito extenduntur. 2° modo in comparatione ad tenorem virtutis / et isto modo dicitur repletio naturalis in loco continet cor quod a virtute regulari non possit / nam si in stomaco esset cibus multum extendens s. nimio modo sive sibi forti existente virtute possit bene et faciliter digeri / ista e repletio quo ad vasa et non quo ad virtutem. Et si in stomaco paucus ponitur cibus sed malus ita quod virtus eum vincere non possit ita e repletio quo ad virtutem / sed non quo ad vasa amplioris non habent quantitatem quod naturaliter capere debet. Quod autem. Modo specialiter aliter exponit / et dividit in 3es partes, p^o ponit veram expositionem, 2° unam falsam et improbat / 3° unam falsam et improbat eam, 2a ibi / Aliter aut / 3a i. Alii aliter dicunt. Dicit p^o quod cum ypo dicat cibum preter naturam intrantem cor facere egritudinem non exposuit illud ut intelligeremus quod cibaria extendentia stomacum nocent / et illa que sunt minoris quantitatis que capere potest stomacus non nocent sed simpliciter ut intelligeremus quod cibaria facientia repletionem in comparatione ad virtutem sunt illa que faciunt egritudinem / Et quod non omnia illa que faciunt repletionem quo ad vasa faciunt egritudinem sed bene repletionem quo ad virtutem /

et probat tribus exemplis. Primum e si virtus sit fortis et cibus multus extendens stomacum facilis digestionis, virtus eum superabit et digeret et non faciet morbum / Sed si cibus fuerit paucus male digestibilis virtus quod sit debilis non poterit eum superare et faciet morbum / 2^m exemplum e de digestione epatis nam forti existente virtute et chilo faciliter ad sanguinem transmutabili / et si multe vene epatis impleantur potest tamen digeret et in bonos transmutabit humores / sed ubi virtus epatis sit debilis valde non obstante quod chilus sit paucus precipue si male fuerit digestibilis virtus epatis eum superare non poterit et erit facere egritudinem. 3^m exemplum e de sanguine ad exteriora membra transeunte nam illorum membrorum forti existente virtute et si in quantitate superet digeritur et in substantiam membrorum convertitur / Sed si membra sint debilia quamvis sanguis esset paucus tamen non digeritur et e aptus facere egritudinem, ex quibus patet quod repletio quo ad virtutem e aptior facere morbum quam plenitudo quo ad vasa / et ideo verisimile e ypo. intelligere hunc modum repletionis que est secundum tenorem virtutis humana corpora regentis. Aliter autem. Hic ponit unam expositionem non veram illius partis dicte / et posset dividi in tres quia p^o ponit expositionem / 2° rationem pro illa / 3° improbat. Dicit p^o quod possibile e illam partem aliter intelligi ab aliis quam sit dictum et e ut dicamus cibum preter naturam illum qui excedit naturam et virtutem ratione alicuius sue qualitatis. Dicit 2° quod hoc apparet ratione naturali et ratio e quia ex quo omnia membra ad sui nutrimentum appetunt cibos sibi convenientes, non illi cibi dicuntur naturales qui convenientes sunt ad nutriendum ea / Sed si cibus fuerit alicui membro conveniens et alteri non adveniens cibus contrarius / tunc procul dubio dicemus cibum ingredi preter naturam corpus et proprie membrum cui non convenit. Dicit de parte 3a. Dicit quod ista expositio non e ad mentem ypo. ratio quia ex cibo in qualitate peccante non e necesse membrum contrarium, quod statim ipsum ex ita modicum ut digeri possit / et ideo ex eo non generabitur morbus / nec si multiplicetur hoc non multiplicamus e aptus facere morbum / hoc aut probat p^o quia medicina membrum corrumpens ut opium vel mandragora vel euforbium non facit morbum nisi in quantitate notabili detur / 2° probat quod humor ad membra transmissus non facit morbum nisi fuerit notabilis quantitatis quia cum e paucus nisi sit extreme malitie potius ex eo nutritur membrum cum quo sit / nam si membrum ex illo esset aptum nutriri non diceretur cibus et tamen habetur in afforismo loquitur de illo qui e cibus. 3° probat quia aer cum anelitu tractus ad stomacum sit paucus non ledit licet non conveniat et humiditas paucha ad canam pulmonis descendens non ledit igitur et non quilibet cibus qualitate peccans ledit. Sed quia Galenus hic dicit quod opium et mandragora et euforbium non ledit nisi augmentata quantitate / et omnia dicuntur aut venena aut medicine / ideo dubitatur.

Utrum venenum possit nutrire.

aut densitate, et facile frigescens aut ra-
ritate aut frigiditate, videtur que velle quod
raritas facit corpus facile pati, et non plus
ab uno contrariorum quam ab alio, et ideo corpus rarius
et calidius maiori modo sicut considerat est
facilius calefactibile, et cum per consequens velo-
cius calefiet. Unde 3o mala multotiens appro-
priata plus debilitant virtutem quam semel tamen a-
propriata que cum sunt consueta magis molestant
tenet contra quia cum sunt multotiens approximata
sunt amplius consueta, antecedens patet ex [illegible]. Unde 4o cibi
mali consueti perducunt ad egritudines pre-
cautos, sed desueti equali non sic faciunt
[illegible], antecedens est auctoris 3a parte capitulo de regimine eius
quod comedit et bibit illo passo. Ille non in-
[illegible] mala [illegible] cibaria [illegible]. Unde
si ita esset sequerentur plurima inconvenientia, primum

quam magis ledit fortis a timore quam timidus
probatur quia forti timor est minus assuetus. 2o quod
a voluptatibus magis molestatur temperatus quam in-
temperatus, et patet ut prius. ¶ 3o sequitur quod possibile est tem-
perati corpus continuari per sola distemperatorum
approximatione et usus ad latus distemperamenti
tendentium, quod Galienus 3o Tegni, et patet quia per
assuefactionem longi temporis corpus reddit impassibile.
Sit igitur corpus a, et arguitur sic. Aliquod distemperatum
calidum minus quam per a supra temperamentum
alteratum, assuefaciat igitur temperatum corpus illis, et
sequitur quod per illa continuabit quia alterabit ipsum mi-
nus assuefactum quam si non esset assuefactum
per a. Sed si non esset assuefactum non diceret
ipsum per a ex latitudine corporis temperamenti, igitur
nunc relinquit ipsum temperatum. ¶ 4o sequitur quod ad
distemperatum omnibus equis causis magis resistet
temperato ubi distemperatus sit assuefactus contrarijs,
temperatus autem non, et plus excedit
in resistendo propter consuetudinem quam deficiat per
naturalem complexionem. ¶ 5o sequitur quod ad corpus equaliter sanum vel
temperato sibi sano, esse egrum ut nunc. Sit
a temperatus assuefactus laboribus ita ut
pro medio consuetudinis illos faciat sine nocumento,
b sit equaliter temperatus et non assuetus, et perdat
a consuetudinem alijs remanentibus, et sequitur a
esse egrum ut nunc quia est lesum complexionaliter et consuetudine
consuetudinem oppositam, b autem non est in temperatus,
et constat quod perdita consuetudine remanebit e-
qualiter sanum cum b, quod est temperatum ut tamen ponitur.
¶ Et ex hoc sequitur 6o quod a est temperatum et pro-
fecto per temperata gradum suo temperamento corre-
spondentia regeretur, et tamen incideret egritudinem,
nunc alijs omnibus impedientibus deductis ut patet
in casu precedenti. ¶ 7o sequitur egritudinem consu-
etam minus molestare insueta, quod est
falsum quia consuete virtus magis succumbit, ut
in arthetica, podagra, paralysi, epilepsia, quod quanto
magis fuit consueta tanto corpus magis ledit
ab eis. ¶ 8o sequitur quod non omnis medicina contrario
gradus in dosi debita applicata temperato ipsum
sensibiliter alteraret ut patet de consueta. ¶ 9o sequitur
quod stat humanam sanitatem stare cum calidi-
tate 8 gradus, probatur quia non plus repugnat huma-
ne complexioni caliditas 8 gradus quam dispositio vene-
nosa, sed per consuetudinem ad venenum cum sani-
tate stat venenositas ut dicitur 3o de
simplicibus, igitur et caliditas 8 gradus. ¶ Ex quo sequitur quod
et cum calidite super 8um gradum stabit vita.
Et ita insufficienter erunt gradus per 8o de-
visi. ¶ Et quo sequitur ultimo quod temperatus stabit
cum caliditate per gradus ita quod semper erit temperatus,
et est talis in primo quod replicat[ur] generatione. Et
probatur quia per assuefactionem ad caliditatem per gradus in
temperatus corpus minus ledit quam si non esset
assuefactum, sit igitur corpus a, et arguitur sic per 1a

caliditatem primi gradus minimus quia per a ledit [...]
oppositis 2u temperati indisueto, igitur in consueto 1a
caliditas stabit cum perfectione oppositorum temperati, et per
consequens cum temperamento, et tamen erit caliditas primi
gradus. Ex quo sequitur quod est ad corpus calidum 2u
temperati, quod per usum continuatum ipsum fiet tem-
peratum, tamen per talem usum, istud fiat complexio sibi
consueta. ¶ Et plura extrema falsa et impossibilia
sequuntur. ¶ Ultimo sequitur quod in cura male complexionis
debent medici permutare complexionem et contra primo
et patet quia, quia ex usu ille non minus alte-
ratur cum corpus sit magis assimilatum, et non fortius
alteratur non faciat omnia assimilitudine et magis
quam insuete molestat igitur consuetus erit videndum.
¶ 6o probatur arguitur sic. Res iuvatur per frequentem
approximationem contrarij non acquirit consuetudinem
per quam contrario magis resistat vel ab eo minus
molestetur igitur neque res dicta. Vel dicitur ca-
liditatis, antecedens patet de aqua que quanto multotiens sit
calefacta et ad frigiditatem reducta, ex hoc
non videtur melius tollerare impressionem ignis
neque ab aliqua calidite minus ledi, et hoc
innuit Aristoteles 2o ethicorum, cum dicit quod illud quod
est naturale non assuescit alteri. ¶ Ad opp-
ositum est ypo[crates] in aphorismo 2 Galienus
in commento. ¶ In ista questione faciam duos ar-
ticulos, in primo ponam preambula quedam, in 2o
videbo ad questionem. ¶ Quantum ad primum notandum
quod consuetudo solet ab auctoribus sic describi.
Consuetudo est habilitas quedam ex frequenti
opere in operante derelicta, et hic per opera-
tione intelligitur tam actio quam passio, nam
et ex frequenti actione derelinquitur talis ha-
bilitas, et etiam ex frequenti passione. Ex qua
descriptione patet non esse consuetudinem frequentia
agendi vel patiendi, sed id quod ex frequenti
actione vel passione relinquitur, tamen aliter non
videtur quomodo diceremus consuetudinem esse naturam al-
teram ut dicit Galienus 2o complexionum, 8o capitulo lauda
de antiquos. ¶ 2o nota quod in virtutibus virtute
voluntatis motiva notat experientia cum ratione
convicta ex frequenti opere acquiri habitum ad
faciliter operandum, nam hij qui consueti sunt
corizare, et citharizare, et suere et scribere,
hec opera facilius faciunt quam qui manum non
assuefecerunt, ergo quod non aliam rationem nisi
operationem manus habeat igitur acquirit virtus
alia quam consuetudine dicimus. ¶ 3o nota
quod in virtutibus cognitivis et manifeste videtur
per frequentem operationem acquiri habitum tam quo ad
ipsasmet virtutes cognoscitivas quam quo ad appe-
titivas virtutes consequentes cognitionem sicut vo-
luntas et sensitivus appetitus. Nam et scientiam
habitualem ex frequenti consideratione actuali et mo-
rales virtutes in appetitu et vicia acquiri non

negari potest. ¶ 3° nota quod etiam ex operationibus natura-
lium virtutum in viventibus acquiritur consuetudo ex fre-
quenti operatione, nam ut dicitur .1ª. e. puella propter
consuetudinem sumendi napellum potabat ipsum
in quantitate digerere notabili, et ex eo multi viri
alii mortui fuissent, et ex usu mitridati
mitridates factus est potens venena vincere,
quae tamen sunt naturales operationes. ¶ Nota 4° quod etiam in
rebus inanimatis modo dicto videtur acquiri ut
baculus ex frequenti plicatione fit facilius
plicabilis ut dicitur experimentum dicitur in arcubus
et balistis, et in [illegible] [illegible] [illegible]
redeunt et minus fortiter plicatur hoc modo
corda manu ducta facilius plicatur. Et
ita per consuetudinem exponendi se calori fiunt
difficilius a leni caliditate putrefactiva ut ap-
paret in multis fructibus qui siccabantur. Vocando
ergo consuetudinem ita large ut possibilitatem vir-
tute activa vel passiva est ex frequenti ac-
tione vel passione in agente vel patiente
acquisita, constat hoc 1° quod tam in rebus animatis
quam inanimatis potest esse consuetudo, et quod plures
qualitates sunt quae consuetudines, et colores odores
sapores, aptitudines formarum, durities, mo-
llities, et plures tales qualitates possunt esse consu-
etudines, ita complexiones et operationes. Nam ypo(crates)
in libro de aere et aqua et regionibus vult
figuram oblongam capitis acquisitam ex fa-
sciatione et ligatura et plasmatione circa principium
nativitatis puerorum ut in [illegible] est ho-
die esse consuetudinem quae in naturam tandem conversa
sunt in gentibus de quibus ibi loquitur, unde
[illegible] agente natura filii hoc modo absque repla-
smatione nascebantur. Et hoc modo durities
[illegible] in articulis propter frequentem passionem a-
[illegible] podagricam potest dici consuetudo.
Et mala complexio calida in epate ex frequenti u-
su calidorum genita potest dici consuetudo. Et
ethica ex frequenti [illegible] aut cogitatione
et ulcus in pulmone ex frequenti usu ca-
tarri salsi, et excoriatio vesice ex fre-
quenti transitu urine acute, sunt et consuetudines.
¶ Sed 2° non omnia insueta equaliter insue-
tis in se minus molestant, nam ex tali-
bus consuetudinibus ut tactum est in arguendo, corpora
multotiens fiunt parata ad magis pati et
magis molestari ita quod occurrente consueto
obiecto multo magis molestabuntur ut equaliter
humorum quantitate currente et equaliter malorum ad iun-
turas [illegible] flegma [illegible] in eis, ille
multo plus ledit illi [illegible] assuefit
quam sanum. ¶ Nota 6° quod in corporibus animatis
et in corporibus inanimatis per actiones virtutum
naturalium tamen non concurrente operatione virtutis
animalis cognitive vel motive non acquiritur
de novo virtus ad aliter agendum vel patiendum

quam prius, sed ex nova acquisitione dispositionis. Vel
quod sibi similis in specie acquiri potest, aut saltem
non fiat permutatio in virtutibus naturalibus quibus me-
diantibus res inanimata vel animal tales operationes
solebat facere, aut agenti resistere. Verbi gratia
lignum non acquirit consuetudinem ex frequenti
operatione agendo aliquid vel patiendo sed acquirendo
aliquas qualitates similes illis quas per naturam acquirit
ad sic agendum vel patiendum. Nam quantumcumque
multis vicibus sursum proiciatur tamen non
facilius ascendet nisi levitatem acquiret aut
gravitatem deperdet quibus similes per naturam acqui-
rere potest sine assuefactione, nec aliter facilius
ascendet nisi facta permutatione in gravitate
aut figura quibus mediantibus sursum moventibus
resistebat. Ita fructus qui siccabantur per
frequentem occursum caloris magis resistunt pu-
trefactioni per siccitatem acquisitam, cum similem
naturam sine assuefactione possunt acquirere, per
quam putrefactioni naturaliter resistebant et per
deperditionem humiditatis per quam putrefactioni pati-
erant. ¶ 7° nota quod ex operationibus animalium
virtutum frequentatis acquiruntur dispositiones ad a-
gendum vel patiendum secundum illarum virtutum opera
quae diverse sunt ab illis quas natura acquirere possunt
et a quibus natura talia opera fiunt, verbi gratia artes
mechanicales, virtutes morales, et theologicales,
nullo enim modo per naturam sine frequentia operandi
talia possunt acquiri, et non est difficultas quod artes
sunt [illegible] quod naturalia principia ad movendum
vel appetendum ordinata non permutata [illegible]
[illegible] complexione vel operatione vel virtute, a-
ssuetus multo melius operatur insueto. Nec
aliquis tamen optima [illegible] fieret eo modo quo
disuetus tamen disserit [illegible]. ¶ Ex isto et
precedenti notabili sequitur quod non eodem modo acquiritur
consuetudo in rebus animatis quo ad operationum
frequentiam quae sunt in virtute animali, et in rebus
inanimatis et in eisdem animatis rebus ex operationibus
naturalibus non concurrente operatione animali. ¶ Not-
tamen ista melius examinentur arguendo contra quedam pre-
dicta, et 1° quod in rebus inanimatis non acquiratur
consuetudo arguitur ex philosopho 2° ethicorum capitulo
1° dicente quod id quod naturale est non assuescit a-
liter ut si lapis decies milies sursum proici-
atur, nunquam tamen res omnes inanimate videbantur su-
as operationes [illegible] naturaliter facere sed quod non assue-
scunt. ¶ 2° sic, nullum quod est ad aliquam opera-
tionem faciendam naturaliter determinatum potest ad aliter
sine contrario assuefieri faciendum, sed omnia ina-
nimata ad suas operationes et omnia animata ad ope-
rationes sibi naturales faciendas sunt determinata a
natura ut constat ex inductione, ergo nullum tale
potest ad aliter faciendum assuefieri. Antecedens colligitur
ab aristotele loco allegato. Aliter enim non probaret
ibi quod virtutes non sunt a natura sed sunt per

assuefactione et maior e clara qr ad digerendum retinendum et attrahendum, et alia naturalia opera sunt omnia alia naturalia et a/ principio limitata per naturam. ¶ Et ex hoc arguitur quod ex operibus virtutis cognoscitive non generatur virtute voluntatis motiva non acquiritur consuetudo, quia omnis virtus cognoscitiva ut sic est ad suas operationes limitata, ut virtus visiva ad videndum et extimativa ad apprehendendum intentiones desiderabiles ex tali vel tali ymagine et memoria ad retinendum et ita ad credendum principiis primis et formis sillogisticis et conclusioni demonstrative naturaliter inclinatur ita quod talia credere non est in potestate nostra quia est omnis talis virtus ad suas operationes limitata. ¶ Ad secundum principale dico supposito sit eadem stante complexione, compositione, et unitate per assuefactionem fiunt infra ad quedam naturalia opera dispositio modo sufficientia vel insufficientia, quo acquiritur consuetudo sine permutatione priorum naturalium ad opera illa facienda, tamen quia principia ad illa opera facienda que a natura habent sunt complexio, compositio vel unitas, cum quo acquiritur principium ab istis distinctum scilicet intentum, et ad secundum patet ad experientiam in hominibus consimilis complexionis quorum unus est assuefactus coctionem et digestionem quorumdam ciborum, aut sompno diurno, aut potum certe rei, aut aliquem aerem, aut ad occursum aeris tali ut in fornaciis et vitrariis apparet, et alius non, quoniam assuefactus multo melius talos cibos digerit, et sine multo nocumento dormit, et rem illam potat, et aeri tali sine nobili lesione occurrit scilicet consuetus, alter vero non. ¶ Ad hoc videtur notandum quod consuetudo quandoque sumitur large ut supra describitur, et hoc modo in rebus animatis, quia in rebus inanimatis acquiruntur consuetudines ut videntur. Quandoque sumitur stricte ut importat qualitates que non sunt per operum frequentiam est acquisibilis, et que ad easdem operationes faciendas habilitat, et hoc modo non acquiritur consuetudo in rebus inanimatis, nec in rebus animatis quo ad operationes circa quas non convenit virtus animalis. Et de hoc ad primum argumentum dicitur quod Aristoteles 2° ethicorum sumit stricte consuetudinem et non large. Et in 2° argumento maior est neganda, si per assuefieri intelligatur largo modo, nec ad illum sensum dicitur ab Aristotele 2° ethicorum, et per idem patet responsio ad confirmationem. ¶ Ad 3m dicendum quod virtutes cognoscitive ad quedam opera sunt per se limitate, et ex operibus qualibuscumque non possunt ad contraria assuefieri unde per nullam consuetudinem oculus stante sua debita complexione, compositione, et unitate, et debite presentato obiecto, album iudicat nigrum vel econtra, quamvis tamen ex infectione organi sensus certus sapor non sentitur a consueto, qui a non consueto sentitur, ut patet in assuefacto potum vini insipidum saporem habentis, sed animales virtutes ad quedam

non sunt limitate et 2° quod propter consuetudinem per predicta acquisita fieri aliter operative. ¶ Ad 3m principale non dicendum, naturam immo mediante G. consuetudo que acquiritur ex cibi assumptione est per acquisitionem gravius proportionalis cibo, pariter ex sompno acquiritur aut corpore aut repletione regressus ut dormiatur, et merito cuius dimisso sompno magis noceret, et ita fornaciarii et vitrarii ex consuetudine standi in fornace non remanet ita plenum rorido humido apto bullire per ignem. Si quis diligenter considerat inveniet aliquam formam, attento et quod non solum per complexionem consequente forma sumus apti operari, sed per consequentem naturam et. Quod autem in talibus operibus per mutatam complexionem merito cuius permutatamus talia contraria facilius patiat patet ex mente G. in libello quem fecit de vi assuetudinis capitulo 2° 3° et cetera. Unde capitulo 2° post dicit quod quedam primo indelectabiliter et gravativ comedunt quosdam cibos, et cum paulatim sunt assuefacti comedunt delectabiliter et sine gravitate, dat causam dicens ita, causa autem istorum est talis quoniam alterant secundum qualitatem comestorum et bibitorum singulum ita ut disponit aliquid illud quod alterat. Et in capitulo 3° diversitate acquisitam corporis exposito calori et frigori potest causam quia assueti istis corporibus facilius tollerat quam insueti, quoniam durum difficulter patitur a quolibet contrario ea. Et in capitulo eodem multi partes exercitatas fieri solidiores et fortiores, et ideo facilius operari, et minus ledi, et hec de primo articulo.

¶ Quantum ad secundum articulum sit ista prima conclusio, Causa propter quam res non naturales que aliquam distemperate consuete minus molestant assuefactum quam eedem non consuete aliis paribus, consimiliter naturalis est experientia quam non tantum Ypocras et G. et Erasistratus, sed omnes racionales homines cognoscunt ut sunt ex G. primo capitulo libri de vi assuetudinis ubi sic ad literam dicit post multas auctoritates allegatas, hoc idem gloriosissimi medicorum Erasistratus et Ypocras dixerunt de virtute assuetudinis, non solum inventione eorum attribuentes sed ex apparentibus docti, quemadmodum quippe et alios homines quamquam non quemadmodum sues vel asini vivunt, sed asserunt a quibus iuvantur et nocentur, licet audire quotidie dicentes assuetos esse circa hunc cibum et hunc potum, et propter hoc non posse relinquere eos, et cum non conveniunt fieri tristes. Dicunt autem et in adventionibus autem puta in balneationibus, balneis, exercitationibus, venationibus, risu, lucta, vigiliis, sollicitudinibus, actionibus, inflamationibus, solitudinibus, et quibuscumque aliis hec G. ¶ 2a conclusio, Si conveniens rerum non naturalium contingit per assuefactionem

res plus magis molestates fieri consueto minus molestus, hec contra patet ex G. in libro alleg. et ex auctoritate statim scripta atque potest et in isto istius assercio in primo, nam et in aere, et in cibo, et in labore et vigilia, et solicitudine, et euacuationibus, siue repletionibus videtur G. illud innuere.

Tertia conclusio. Et si actio consueta minus sit molesta quia minus sufficitur alterare corpora eius assuefacta, multa tamen consueta ideo minus molestant quia et si equaliter alterant minus ledunt, conclusio quo ad primam partem patet de contrario minus enim alterat et dissoluit assuefactos, et ad primam patet de assuefactis aeri estiuo, quia propter illud sunt depressiores et duriores cutis et carnis, et minus calefacti vel infrigidati ledunt ut patet ex G. capitulo 3o libri de assuetudine circa principium nichil fine, immo in istis videtur innuere, et quia minus alterant et equales alterationes minus ledunt, ut sunt ibidem ita dicente G. rarum et molle corporis facile patitur calefactum et infrigidatum, densum autem et durum tollerat quidem et sentit extorsum ei incidentia omnia non solum si calefatiat vel infrigidet sed si et durum fuit quid et aspera. Quoniam etiam et ymas ambulationes tollerant econtrario dispositis non tollerantibus eas, et omnia facile comprimit et infrigidat, et de contrario patitur h. G.

Ex hac sequitur quod licet ab aliqua causa puta corpori consueta ipsum corpus insueto magis alteret, stat tamen ab eadem ipsum minus molestari, patet conclusio ex 2a parte precedentis, nam si consueta corporis equaliter alterent minus ledunt contribuit et aliquantulum magis alterare et minus ledere, quia patet intelligenti.

Et ex hoc corollario infert Iacobus a Forliuio 3o corollario primum quod ego puto verum esse hoc, quod per solam corporis assuefactionem ad contraria potest eius sanitatis latitudo augeri id est potest fieri quod inde corpus maiore tollerat et ipsius calorem et frigidum alterationem absque exitu a latitudine sue sanitatis quam ante assuefactionem, patet corollarium quia merito consuetudinis stat minus ex tali alteratione ledi.

2m corollarium est hoc, stat in aliquo casu quod sanior et prolixior sit equaliter temperatum omnino et contrariis ipsius idem excessum temperatie equeualent et equaliter alterabuntur donec egrotet, et tamen citius fiet sanior eger vel veniet in neutralitatem quam prolixior, corollarium videtur sequi de duobus eque temperatorum vnus sit assuefactus calori et frigori, alter non.

3m corollarium est hoc, non omnes homines eiusdem complexionis omnino habent sue sanitatis equalem, patet ex precedenti.

4m corollarium est hoc, sanior et prolixior sunt omnino equaliter temperati, et omnino a sua punctuali temperantia recedunt equaliter per caloris excessum, et sanior calefit in 3o et prolixior non, quia per aliqua equale caliditate sanior non assuefactus ledet sensibiliter per cum equale prolixior assuefactus non sensibiliter ledet, Michi vero videtur hoc esse contra ad sensum eius intellecta non esse vera, nam dispositio que arguitur ex assuefactione componenda se calefacientibus aut infrigidantibus, aut aliorum naturaliter alterantibus, est dispositio que arguitur non ex opere virtutis animalis, quod supra probata in alio, primo est eiusdem speciei cum dispositionibus que naturaliter arguitur, et per consequens erit dispositio complexionalis aut compositionalis aut virtutis, et ideo assuefactus qui in primo erat omnino dato non assuefacto similis aliis partibus non est omnino eiusdem complexionis cum illo alio, Et si ponatur quod is qui non est assuefactus calori et frigori sit omnino similiter temperatus sicut nunc est ille qui non assuefactus, sic oportet quod non assuefactus per naturam non per consuetudines habeat illas dispositiones complexionales compositionales quas habet, vel eis similes assuefactus ex consuetudine, Et primo non intelligatur casus in probatione, corollarium patet quod non sequitur quod illi duo sunt similiter temperati omnino, nec omnino similium complexionum. Si non primo modo ponatur casus constat quod non est verum quod vnus citius fiet neuter vel eger quam reliquus, nec est verum quod non habent sue sanitatis equales latitudines, Nec est verum in 3o corollario quod vnus illorum calefit in 3o alter non.

Credo autem verum esse quod duorum corporum eiusdem etatis eque calorem non sit in medio proprie temperamenti stat vnum posse magis calefieri reliquo, vtrisque in latitudine proprie temperamenti remanentibus, et sic quod duorum talium non sunt equales latitudines sanitatis, et patet quod per equale et equeualens calefactionem vnum calefit in 3o reliquum non, sed illa duo non sunt equaliter omnino temperata.

Quarta conclusio. possibile est de sponte venenosa vnum, ex consuetudine non fieri illi venenosa, istud patet de puella nutrita napello, et de muliere assuefacta iusquiamo 4o de simplici medicina, Ex hac sequitur quod non repugnat per paulatina assuefactionem aliquam dispositionem que subito acquisita esset mortifera fieri stante in latitudine sanitatis ut patet de illa proprietate venenosa, nam puella istum facta fuit venenosa ut inficerit coeuntes cum ea, et non apparaeret ei contraria.

Ex hijs duobus infert aliquis quod per paulatinam assuefactionem corpus temperatum posset calefieri usque ad 4m gradum constante in latitudine sue sanitatis, quia non prolixior repugnaret sanitatem et vite humane, conclusio tala in 4o quam dispositio venenosa, quod si hec, 2a potest fieri stantis in latitudine sanitatis, sequitur quod prior illa conclusio.

Ego non puto quod corollarium sequatur ex conclusione, nam licet proprietas occulta venenosa in maiori parte hominum staret in latitudine sanitatis, tamen hec proprietas non nemo remouet mensura primarum qualitatum contentum humane speciei, sed caliditas 4. gradus excludit ex toto

mensura qualitatum primarum necessariarum pro sanitate humana. ¶ 4a conclusio: non quarumlibet rerum non naturalium frequens usus reddit corpora assueta ad illarum omissionem facilius et cum minori nocumento tollendum preparatum/ patet primo ubi frequens usus esset in replendo et multum evacuando, aut implendo aut aliter alterando, patet 2o ubi iste frequens usus esset ad res multum de se nocivas, et multum virtutis prosternitivas, et hoc patet ex Galieno in libro de assuetudine capitulo 2o, in fine ubi sic dicit: Contrarium quidem utique exposuimus, non utique tamen et mensuras contrarias amplius intendere contraria ut dissolvatur virtus, Itaque et cibis et potibus et vigiliis et veneriis et contraria mensura utique imminente quod iam addente/ superexcellente enim dissolvitur virtus, defectus vero prohibet tamen a perfecta utilitate. ¶ Ex hiis formetur ratio hoc modo: Ex illius exercitii frequenti usu redditur corpus preparatum ad facilius tollendum omissionem fortis exercitii, ex quo virtus dissolvitur, sed ex eius nimii exercitii virtus dissolvitur, ergo ex eius frequenti usu non redditur corpus appreparatum ad eius intermissionem facilius tollendam, antecedens est clara, et hec conclusio ex hoc textu Galieni. ¶ Ex quo sequitur quod affor(ismus) non est totaliter intelligendus, et ideo Ypo(crates) dixit consueverunt, pro quo verbum denotat veritatem ut in pluribus. ¶ 5a conclusio: omnes res non naturales non multum a temperamento recedentes possunt per paulatinam assuefactionem ad earum usum fieri minus nocive quam essent si sine consuetudine occurrerent, hec sit per mentem Galieni in conclusione cum dixit sic de omni consuetudine esse dicturum scilicet secundum quantum rerum non naturalium. Et hoc voluit in auctoritate superius posita in libro de assuetudine capitulo primo. ¶ Notandum modernos doctores fere omnes velle quod ex frequenti usu ad quamcumque rem acquiritur proprietas occulta modo, cuius corpus redditur facilius tolerans huius rei omissionem quam si non fuisset consueta, sed ego non video hanc fuisse mentem Galieni. Et ideo hic alium modum teneo. ¶ 6a conclusio: Non solum ad rerum naturalium omissionem facilius tollendum corpus ex frequenti usu disponitur, omissionem scilicet rerum medicinalium, nam quia ex usu talium per intus corpus acquirit vel modum specialem vel mixtionis vel complexionis merito cuius in illa facilius agit tamquam cibus ea transmutando ut patet in medicinalibus cibis, ideo ab illis minus transmutatur tamquam a medicinis, et ob hanc causam in longis morbis medicinas transmutamus, et non super unam stat ut superius in 2a ad partes tactum est. Et ex istis diligens intellectus solvet argumenta ante omnia, que ego ut occurrat animus insoluta dimitto.

51 **Secundum multum.** Ypo(crates) in hoc affor(ismo) intendit tres conclusiones/ 2a in paulatim. Tertia ibi Ex alio. Prima conclusio affor(ismi) est ista: Medicus non debet evacuare corpus, aut replere, aut calefacere, aut infrigidare, aut quolibet aliter movere multum et repente, id est subito, patet quia medicus non debet facere illud quod est fallax et nature inimicum vel prosternitivum, sed ita evacuare vel movere ut probatur est fallax et nature inimicum, ergo etc. Consequentia est clara, et solum minor in littera ponitur.

¶ Nota primo quod cum sanitas consistat in temperamento membrorum et spirituum et humorum, et non sit possibile multum et subito aut calefacere aut infrigidare aut aliter movere aut evacuare vel replere sine motu forti aliquorum istorum a temperamento, ideo tales mutationes sunt semper cum notabili nocumento. Unde nunquam fit subita evacuatio cuiuscumque rei quin illa comitetur multa spirituum resolutio, et ideo illorum recessus a temperamento. Nunquam autem fit multa subita repletio quin multum sit de superfluo, et ideo virtus aggravaretur propter recessum a mediocritate in humoribus aut superfluitatibus. Si autem corpus sit vehementer calidum et subito multum infrigidetur, multo magis infrigidantur spiritus quia corpora cum sint passibiliora. Si vero sit frigidum et calefiat multum et subito, multum dissolvuntur spiritus et calefiunt, et ideo a temperamento recedunt, non quod videtur possibile aliquam talem transmutationem subitam circa corpus humanum fieri sine notabili nocumento, et hoc est esse fallax et inimicum nature.

¶ Nota 2o quod mutationum quedam est regularis, quedam irregularis, modo Ypo(crates) intendit hic non esse regulariter operando evacuandum multum et repente, sed irregulariter propter vitare maius inconveniens, fiunt quidem a medicis tales mutationes, et rationabiliter quia eligit homo malum propter maius evitandum, ut in sincopa flebotomat usque ad sincopim, Et in causone et sincopa dat de aqua frigida in potu usque ad tremorem, Et quandoque in aqua frigida infundit corpus totum/ Concludo ergo quod Ypocras in affor(ismo) intelligit regulariter operando. Ex quibus apparet quod in corpore sano nulla talis mutatio est facienda, sed aliter in sano lapso valde repleto, et ideo quod in illo non est dispositio de sua remotione tam forti indiget ut inde sit recipiendum nocumentum subite transmutationis.

¶ Nota 3o quod rationabiliter dicitur repente quia bene potest regulariter corpus multum repleri et multum calefieri, et multum infrigidari, et multum evacuari sine notabili nocumento, ubi fiet paulatine, quia ut patet intelligenti, non omnia inde sequuntur nocumenta de quibus superius dixi si subito fiat.

Paulatim vero. Ponit 2am conclusionem que est ista: Certum est medicum quandoque regulariter operando debere evacuare aut aliter movere corpus paulatim, patet quia quandoque corpus est movendum, quandoque evacuandum, quandoque replendum ut melioretur sanitas, vel prohibeatur futurus morbus, vel ut prio

remoueat / sed no est hoc faciendu subito sed paulatim / tota pz. Et ex alio. 3a 9o no
licz mediari alit qz paulatine moue / aut
alterare aut euacuare aut reple ut de vna
dispone in alia corpus deducat / 2 hoc reglaut
hoc pz ex dictis predictis. Quint totali
sine silis collr. 3a p' cio de succurredo ac
cidentibz q prostrant egritudines. // /

Hic nobis inuit.

Galienus in gto
sunt 3a. po declat pz gne affor /
2o 3a / 3o 3a / 2a ibi / que aut paulatim. 3a
ibi / de alio afforo. de pa dic ypo. innere
2 supponere tacite qz oia q sunt pternaturali sunt
molesta / ex eo qz sanitas gsistit in tpram
to / et io oia ducetia ad vltimitate in al
terando / aut mouendo / aut repledo / ul eua
cuado / qz tpramtu corrupunt sunt molesta
2 regulatore no admistrada. Ca 2a parte
dic q illa q fiunt paulatim aut replendo /
ul euacuado / ul in alys pmutaconibz sunt bona
2 secura qz no multu a tpramto pmutit
2 sunt mag gsueta .i. gsuetis vicina. Ca de
3a pte dic qz in alio afforo dix qz oz ad ig
sueta tnsdire / 2 isto collr go 3a affor p
sentis qz de alio in aliu oz tnsdire corpus
paulatine 2 non alit. /

Omnia secundu rationem.

52

Oz hoc afforo ypo. vult ista gne
medicu faciet oia sz rone no oz
tnsire ad alia meditaia lz no eueniat tn
cito illud qd sperabat ronabilz debet ma
neat cas illa q visa sunt a / pno / go p'
medico hoc modo no tnseunte impedit
actio ne g morbu / 2 recedit a / recta cu
ra medo / q no est faciedu / gn clara / 2
am declabit statim. Nota q po qz illu
medicu dicimus oia facere sz rone / q cog
ta spe egrius / 2 ca 2 vtute 2 gsuetudie
alyo qz pncibz ppetis applicat ea p cura
In applicada / ut despo passi tollat / 2
in debita tpris mensura. Nota 2o qz tuc
dicimus euenire sz rone qn ad opone sequt
effctus que ronalis medicus ex appentibz
iudicat debe euenire / cu no ita accit ut
iudicare hic ronalis 2 prudens medicus /
tuc dicimus no euenire sz rone. Nota
3o qz in opibz medicoz iuditiu de futuris
est iuditiu arbitriu / qd no est oio necessarium /
vo gtingit aliqn decipi / 2 psertim in tpre eue
tus rerum qz in certa mensura consistentie 2
morbi periculum no pot limitate gphedi.
Ex hiis pz qz pole est medicu facere sz ro
ne / 2 tn no venire sz rone qz no fue
rit matia sequa sigficata limitate qtitate
resistetie cae morbi / ul mor / et ideo tarda
effectus ultra iuditiu medici ronalis. Nota
3o qz tribus modis gtingit transire de vna
medicina ad alia contra pposito ptinet / po de vna
in gria vtualz / 2o in diuisa in vigor / aut
qz sit altius gradus ul mensure. 3o in diuisa
spe lz silis vigoris 2 vtutis / ut sunt exo
in calor taciuile 2 stricados / Ad ppositu
maiore de pmis duobz itelligit ypo. no
debe tnsire ad aliud / sz vltio mo in ead
egrne debemus medicinas pmutare ut. e'. p
cao po. Nota q ronabilz dictu ee remanere
eo qd visu est a / pno / nam si pmutat medi
catio / aut vtus / aut morbus aut accides
tuc sunt 2 pmutada 2 medica. Co. nota qz
si a / pno apponamus ronabilia qtraq in duobz
pmis modis recedit a / pmis remedys / re
cedit a / recta cura / 2 ipedit vtus in medi
catione in pposito / Et io illud no est faciedu.
Cocordia aut collr. e'. p. cao po. /

Sapientem no debemus.

Hic
est po gtez. G. 2o est adino gstatim / 2a
est ibi. tnsire. pa in duas po doc quo nos
heamus ad medicu / 2o dat caz qz no debet
medicus pmutare medicinaz in cau affor /
2a ibi. Sicut eni. Dic po qz no debemus
ifamare medicu sapiente si no cito sequit
effectus p q laborat. Sicut eni. Fac
qd dictu est dicens qz sic agua fac sicaut
effectu penetratois petre lz no cito appeat /
ita medicus in morbis cronicis tae sunt dure
ad digendu / no pmutare medicinaz si a no
appeat qz a / pno / qz .s. hec medicine quibus
est vsus sz rone ppazat maz occulte /
2 tande p ea ad intentu veniet sapiens. /

Transire ad aliud.

Costatinus fa
cit duo / po ponit vna distinctoez / 2o expo
nit affor ipm / 3o doc qz addit illa po vl
tima / 2a ibi / dico q 3a ibi / manente. Dic
po qz duplz gtingit tnsire ad aliud .s. in
qlitate ut si tnseamus de calo ad frm / aut
qtitate .s. vtute eiusdem medicine qlitatis / ut si
de calo ad mag calm. Dic 2o ypo. dixi
sse qz nullo istoz modoz oz fieri tnsitus de
vna medicina in alia / qz hoc faciunt methoyci
siue empici no rationales medici. // De
3a dic qz addit manete eo qd visu est
a / pno qz si pmutet egrdo ut de 3na in
quotidiana / mutade sunt 2 medicine. /

Quicuq; ueentres.

Hic affors 53
2 sunt gtez patet in afforo vice
simo 2. hopte vz sz gde. /

In magnitudine corporis.

54

In pnti afforo ypo. ponit duas gnes
2a ibi. senescentibus. pa go est ista / decens est
iuuene ee longu corpus / 2 no inutile / qz per
tale longitudinez corpus iuuenile redit decoru
siue plenu aspectu / 2 no ipedit in suis opibz

quod vero quarto statim patebit in littera 2a. Circa hoc autem textum nota primo quod duplex dicitur humani corporis magnitudo, uno modo proprie quia in tribus dimensionibus temperatum excedens, 2o modo communiter quia in longitudine sola, hic sumitur utroque modo, magis tamen primo modo. Nota 2o quod hec magnitudo dicitur decens quia non removens decorem rectitudinis quod decor in homine magis attenditur quam in aliis animalibus ut possit rectus celum aspicere. Ovidio dicente, pronaque cum spectent animalia cetera terram Os homini sublime dedit celumque videre iussit, Et erectos ad sidera tollere vultus, Et boetius de consolatione ultimo metro, Sola genus hominum celum levat altius cacumen, Et hoc autem propter suum calorem in pectore ipsum erigere, aut propter finem ut melius celum et astra intueatur. Sed G. 3o de utilitate particularum deridet hanc positionem cum non dicit. Opinati autem propter hoc rectum stare homines ut ad celum prompte respiciat, quod ad celum videt in laboriose facile hominum est qui numquam viderunt celi spectatorem vocatum piscem, hic tamen et si nolit ad celum suspiciat. Sed cum positionis recte organorum curis et corpore cum dorso in homine fiunt, quia propter hanc causam est aptus rectus stare et sedere. In quibus duobus situbus magis opere exercet. Tertio nota quod hec magnitudo non est in iuvenibus, quia eorum virtus potest fortiter corpus hominis ferre. Quarto nota quod quamvis hec magnitudo sit in iuventute decens tamen hoc non est in medicorum secundum veritatem, nec est ita decens sic magnitudo in qua propter longitudo aliis dimensionibus. Et hoc sunt homines secundum naturam lapsu duobus diversis lapsibus, a temperamento in huius labitur perfectionali quod si uno illorum tamen labet.

Senescere. 2a conclusio est ista magnitudo corporis in senibus est gravius et peior corporis quantitate pravitate, primo quia ipsa plus grauat virtute motiva quam pravitas, cum in senectute virtus motiva sit debilitata et tamen hoc etiam inflectitur corpus dorsum magis quam in iunioribus, ideo fiunt incurvantis figure, quod ipsa est inutilis et peior pravitate, et nota quod intelligit aliis paribus. Nota 2o quod hec corpora curvatur quia tanta est corporis quantitas, et virtus adeo diminuta est ut hominis totum vix ferre possit, 2o quia musculi in longis sunt graciliores debito ad ipsum rectum tenendum, et ideo lassantur in senectute. Et hiis patet primo causa quia magis flectitur illi qui solum sunt longi quam illi qui sunt magni proprie loquendo. Causa autem quia ad anterius flectitur est hominis capitis et pectoris cum aliquali naturali curvitate colli ad anterius ad melius honera portanda. Hoc autem affert quarta collecta est ab ipso primo elementorum.

Magnitudo corporis. Galien

conveniendo affert. Primo exponit quedam vocabula, 2o docet quid intendit ypo. per magnitudinem corporis. 3o distrat 2am partem afforismi, 2a ibi, ypo. autem, 3a ibi, hec enim in senectute. Dicit primo quod magnitudo corporis dicitur procul dubio et proprie de quantitate que egreditur temperamentum in longitudine latitudine et profunditate. Dicit 2o quo ad hanc partem, quod si corpus excedit solum in longitudine homines consueverunt tales vocare magnos. Dicit 3o quod si excedat in profunditate et latitudine et solet vocari magnum licet proprie debeat dici grossum.

Ypo. autem. Hic facit quod dictum est dicens quod ypo. non intendit hic de magnitudine hominis modo dicta vel primo modo, et ratio quia ille non sunt moleste in senectute vel pravitate, et tamen in iuventute fuerunt bone, modo hic loquitur de ea que in senectute est molesta, et ideo solum intelligit de longitudine in qua certificavit hunc sermonem dictum.

Hec enim. Distrat 2am partem afforismi dicens quod longum in senectute torquatur et curvatur et gibbosatur, et tale corpus vix ab habente ipsum portatur. Et illis qui sunt tales in iuventute, tempore senectutis contrahuntur musculi maiores tenentes dorsum rectum et curvantur deorsum ante non potentes pondus sustinere, et et peius stat in isto quod maiores tempore pars data causa maiores incurvaret, quia corporis musculi in grossitie non sunt ita proportionati honeri corporis.

Hic est finis scripti et questionum super prima et secunda particula afforismorum ypocratis summi Excellentissimi et famosissimi artistarum et medicorum nostre etatis principis, clarissimi quam monarcha, domini magistri Ugonem Senensem. Cui operi adhibui complementum et scripsi, Ego Alexander de Montaldo de Ganio Artium et medicine scolaris, Millesimo quadringentesimo [illegible]. Die tertia mensis aprilis, videlicet in Sabbato sancto, hora quasi tertia vel circa, Ad laudem et gloriam humani generis clementissimi redemptoris, dei omnipotentis, Cuius mihi scriptori huius operis concedat pietate sua ad optata scientie culmina feliciter pervenire, ac prestare dignetur corporis et anime integram sanitatem, cum meorum etiam veniam peccatorum per illam quam passus est sanctissimam hiis diebus passionem pro nobis peccatoribus redimendis. Amen. Amen. Amen.

Explicit secunda particula.
Deo semper refero gratias infinitas.

Incipit quarta particula.

Pregnantes purgare etc.

Ypo[crates] in isto affor[ismo] intendit tres conclusiones, et ita affor[ismus] dividitur in tres partes; 2a ibi, "minus vero"; 3a ibi, "minora vero". Prima conclusio est ista: Quod pregnantes debent purgari magis quando eis purgatio inest a quarto mense usque ad septimum, quia si in hoc tempore est purgatur minus incurrit pregnans periculum aborsus, sicut ista apparebit in notatis. ¶ Circa affor[ismum] nota primo quod pregnantes propter duas humores in matrice aut feti aut sperma agens ad fetus generationem. ¶ Nota 2o quod gravidadz propter pregnans quia propter fetus magnitudinem gravatur et in difficultate movere. ¶ Nota 3o quod purgari propter de cum medicina evacuante et dissolvendo, nam leviticatio potest fieri et in pregnationis mensibus. ¶ Nota 4o quod dicitur "si turgit" ad declarandum quod non ex levi causa sunt pur-gande, sed oportet forte causam intervenire, et ideo sensus est iste quod si magna urget causa ad purgandum pregnantes tunc magis fieri debet a quarto mense usque ad septimum. ¶ 5o nota quod in pregnante primo quod generatur est secundina continens fetum, hec autem secundina alligatur matrici per plura ligamenta que oriuntur a capitibus venarum matricis que ligamenta vocantur cotilidones, ista quidem ligamenta in primis mensibus valde te-nella existunt et ex levi causa rumpuntur, in fine non quando fetus appropinquat maturitati, ista ligamenta etsi sint in se duriora quam ante tamen minus fortiter adheret matrici, quia humiditas viscosa per quod adherebat matrici est consumpta et ideo a levi causa separatur a matrice, quoniam facere expellente faciente forte agitatione et mulier forte conatu faciente ad egerendum tamen in postremis mensibus quam in ultimis faciliter frangitur vel a matrice separatur hec ligamenta, et ad hec duo sequitur aborsus. In mediis autem mensibus hec ligamenta non sunt tenella nec adeo paucificata est eorum humiditas viscosa ut facile a matrice separentur, et ideo non faciliter abortiunt ex causis dictis, et sic patet veritas conclusionis. ¶ Co-no[ta] quod hic a et hic usque possunt teneri exclusive et inclusive vel unus illorum exclusive et aliquis inclusive, si teneatur utrumque exclusive tunc sensus erit quod purgande sunt in 5o et 6o tantum; si teneatur inclusive tunc sensus erit quod purgari possunt in 4o 5o 6o et 7o. Si non unus illorum terminorum teneatur

inclusive, alius exclusive, patet quo duobus modis potest intelligi videlicet, aut amittere istos terminos inclusive ut dicitur 3o capitulo de conservatione embrionis et cautela aborsus ubi dicitur: Et farmacum quod solvit est de summa illarum faciencium aborsum, quare oportet ut caveatur eius dare preter ante mensem quartum et post septimum. ¶ 2a nota quod licet in hoc tempore concedatur, tamen hoc est cum fortuna indicat ad omnem. Et in quantum sit talis operatio non est regularis sed incerta. ¶ Mi-

nus vero.

2a conclusio affor[ismi] est ista: pregnantes sunt minus purgande non pregnantibus, quo sensus est: iste quod purgat maiora possunt incurrere nocumenta quam non pregnantes aliorum suppositorum paritate, nam iste incurrit periculum aborsus ut est dictum supra, et aborsum plurima alia nocumenta sequuntur, hec autem nocumenta non sunt in non pregnantibus. ¶ Circa conclusionem nota primo quod hec conclusio potest pluribus modis intelligi, uno modo quod sint rarius purgande, 2o quod cum minus forti medicina, 3o quod fortitudo ad eas purgandas est expectanda, et quolibet istorum modorum est vera. ¶ 2o nota quod istud intelligatur aliis paribus, nam ex causa fortiori aliqua pregnans citius non pregnante magis esset evacuanda. ¶ 3o nota quod per hoc quidam intelligunt absolute de omnibus pregnantibus, quidam non de pregnantibus a quarto mense usque ad septimum, et utrique sensus est verus. ¶

Minora vero.

3a conclusio est ista: purgatio cum farmaco est verenda in pregnantibus minori spatio quam usque ad quartum, conclusio ad septimum mense, aut maiori quam usque ad septimum, conclusio quia in istis temporibus ex farmaco solvente magnum incurrit periculum aborsus. Causa ista conclusionis verificans sunt in notatis primo conclusionis et tamen collige. ¶ Nota 2o quod ligamenta dicta quibus fetus alligatur matrici similantur ligamentis quibus fructus ab arboribus pendet, unde experientia notatur quod concussa arbore in principio multi fructus cadunt cum sit valde non maturi, et similiter cum maturantur, magis maturi cadunt quod evenit ex causa simili illi qua dicta est de fractura cotilidonum in matrice. ¶ Ex his quidam inferunt notanda, primum quod a 7o mense usque ad 9m maius est periculum in abortu quam ante 4m quia fortiores sunt cotilido-nes et maiora inde sequuntur nocumenta sive accidentia, unde magis periclitatur quam si ante abortiatur. Et 2m quod licet in eodem per farmacum sit magis periculum de aborsu in postremis mensibus, non tamen oportet ita de flobotomia, nam in flobotomia non oportet ita fieri commotionem et agitationem cotilidonum, nisi forte a feto [illegible] te nutrimento, et ideo in postremis mensibus quia paucior indiget nutrimento fetus minus periculosa est flobotomia ut infra dicitur, quia autem aborsus est

mesis e pinlopior p matre ꝙ . q . aut . 6 .
aut . 7 . dicetur infra. Concordia non afforismi
tollitur ab aure loco suspalleto, et est vtilis ut
patet in practica.

His verbis ypocratis. Galienus
in commento 3a facit, primo ponit afforismum per
rationem ponendo quandam similitudinem ad propositum,
2o ondit quod dicit si conveniat, 3o exponit istum
terminum purgare. 2a ibi, non aut omnes.
3a ibi. Cum aut ypo. De prima parte dicit quod
ligamenta quibus fetus alligatur in vulva
in matrice similantur ligamentis fructuum ad ar-
bores, et quod in fructibus nouiter natis sunt
ista mollia, faciliter franguntur, unde ex levi
causa ut vento tunc plurimi fructus cadunt.
In fructibus aut ab arbore ligamenta separantur
sine vlla causa extrinseca. In medio tempore habent
ligamenta sunt fortissima, ita intelligatur de li-
gamentis fetus. Et ideo in primo primis mensibus
ex omni levi causa corrumpuntur, dummo illa sint
causa agitationis, et ita ex ira, exercitio, ieiu-
nione, et aliis causis quas in commento videbis. In
tempore medio sunt habent fortiora, et ideo mu-
lieres fortiores patiuntur motus sine nocumento
fetus. In ultimis mensibus fetus est gravius
et ligamenta sunt excitata et faciliter a matrice
separabilia, et hec est causa quod ypo. dixit hoc in
principio afforismi. De parte 2a dicit quod non omnes
pregnantes sunt purgande licet in eis essent aliqui
mali humores, et ideo addidit si conveniat, hoc aut est
si humores sint mobiles et furiosi aliquo mo-
do furiositatis quo modo possit sunt supra afforismo
22o primo particule, ita quod due concurrunt conditiones,
vna quod humores sint mobiles et possit far-
macum evacuari, 2a quod acto illorum motu furiosi,
quia si humores fuerint quieti non oportet per farmacum
commovere eos quod nocumentum esset maius uiua
mentis, et hoc concordat cum dicto ypo. alibi quod
si quis vult purgare membra apostemata,
non purget in initio quia morbi non sunt maturi
et commovibiles farmatie, ymo sana membra
que morbo repugnabant exhibito farmaco in tali
tamen debilitantur, et ideo isti humores in pregnate
non essent evacuandi nisi non sint mobiles ad
sensum dati. De parte 3a dicit quod ypo. per-
dat farmatia . i . purgari intelligit de eo quod
aut educunt superius vomitu, aut inferius per
secessum, nec est oportunum amplius repetere
dicta in aliis.

In farmatijs talia. ypo. in isto
afforismo duas intendit conclusiones, et 2a ponit
ibi, Que non. Prima conclusio est ista, medicus
operans cum farmaco debet tales humores eva-
cuare, quales a natura evacuaret, et corpus enim
esset vtilis, prima quia tales humores evacuando confert
evacuatio et bene fertur quando tales evacuare debet, conclusio
nota ex dictis in 2o afforismo prime particule, et 2a patet quod
si istorum evacuatio confert a natura facta, sequitur quod si similis
fiat ab arte confert. Circa afforismum nota primo
quod per farmatias debemus intelligere omnes medi-
cinas expulsivas aptas evacuare sive vomitu sive
secessum, licet afforismus et esset verus si applicaretur
ad omnem modum evacuationis ut dicitur afforismo 2o prime particule
primo et in commento. Nota 2o quod per talia et qualia
non tamen intelligimus humores peccantes in proprie-
tates, ymo et omnes peccantes in quali quantitate,
quia nocivos sensus quoniam conclusio est quod per farmacum
medicus evacuans debet evacuare humores ita pe-
ccantes quod si ipsa natura evacuaret, corpus enim
esset vtilis. Nota 3o quod per sponte evenientes
intellexit ypo. omnes humores a natura evacuatos sine
adiutorio exteriori ut patet per G. in commento, et ideo
non bene exponunt qui dicunt solum intelligi
de illis qui evacuantur a natura recte et naturaliter non
sinthomatice operante, natura quoniam quandoque fiat evacuatio a natura
humorum peccantium quod sit vtilis, corpus enim si
ab arte fieret aliis deductis esset vtilis.
Nota quod natura in evacuatione quandoque evacuat tamen nocivum
humorem, quandoque non natura stimulata a nocivo hu-
more ita irritatur ut et bonos evacuet, con-
tingit aut hec diversa quia natura quandoque dominatur
humori ipsum digerendo et separando, et quando ita
est non evacuat eum ante digestionem et separationem, et
tunc patet quod stimulatur insurgit ad humorem
expellendum, patet quod conveniens insurgit proportio in
virtute expulsiva et materia ut sepe dictum est
supra, et talis evacuatio est laudabilis. Quandoque aut
natura non vincente humorem in digerendo, humor
est tam malignus ut impressione membra non
tolleret quando insurgat vehemens virtutis co-
natus ad expellendum, et hoc loquendo de virtute
naturali expulsiva. Et ideo tunc ante separationem
et antequam talis debita proportio insurgat, natura co-
natur ultimate malum humorem expellere, et
tunc pellit malum et bonum secum mixtum, et
ideo plurime tales sunt malum signum ut dicitur
in commento. Medici quoniam istas hoc modo et 2o factas a
natura antequam talis conveniens proportio in virtute ex-
pulsiva et humore intueatur vocant sintho-
maticas, quia natura has facit propter sinthomata
vel accidens malum, non propter convenientem proportionem
acquisitam. Reliquas aut evacuationes, et si in illis
fiendis gravitate aliqua lexio ut in ventrem
expulsione vocant naturales quia magis videntur
virtus moveri propter debitam proportionem acquisitam
quam propter lexionem nisi fuerit bonitate alicuius
et recepit plus nocivum a benigno, propterea tamen
ille debent dici naturales pure in quibus non
gravitatem praeter naturalis impressio tamen causa ut in
Quicumque in urinali via f[ymata]. Aphorismus est ista. Sanies facta et corrupta a pustulis in urinali via nascentibus significat remotionem stranguirie illas pustulas consequentis. Primo patet: ista sanies significat sanitatem ex illis pustulis, igitur remotionem stranguirie. Glossa nota et aliorum patebit statim. Et concordia est collecta ibi supra. ¶ Circa aphorismum nota quod via urinalis in proposito aphorismo dicitur illa que inter vesicam et virge extremitatem est. Nam ex pustulis in tali via natis nascitur stranguria, et non ex pustulis in tali via natis nascitur stranguria, et non ex pustulis nascentibus in poris urinalibus. ¶ 2o nota quod ex pustulis ibi natis constringitur meatus propter tumorem et ideo cum difficultate transit urina. Et etiam quia urina [illegible] constringens vel movens [illegible] extendit locum apatum, unde sequitur magnus dolor in illo loco qui valde est sensibilis, propter quod difficultas mingendi tali pustula existente. ¶ 3o nota quod licet in aphorismo non exprimatur aliquis modus, solo intelligatur ex emissione saniei, tamen quia si intelligeret de solutione pustularum aphorismus maneret superfluus, ideo G. in glosa vult nos intelligere quod solvatur stranguria scilicet per tales pustulas. ¶ Nota 4o quod sanie facta materia est minor apostematis et ea corrupta evacuata est, et ideo apostema delitescit et mobilis extensio removetur et opilatio. Ex quo patet quod [illegible] solvitur apostema. Et causa stranguirie ipsum consequens removetur. Et sic patet veritas aphorismi. ¶ Ultimo nota ut tangitur in glosa quod licet alio apostema dissolveretur, ut per paulatinam evaporationem, nichilominus etiam ista stranguria removeretur. Sed Ypocras hic posuit signum remotionis apostematis magis manifestum, dans intelligi alium modum solutionis [illegible].

Iste aphorismus. G. in glosa primo supplet aphorismum, 2o solvit unum tacitum dubium, 3a ibi sed ego. ¶ De prima dicit aphorismus apparet superfluum propter brevitatem quia non dicit cum modo solo fiat ex hac tali emissione saniei. Sed post subtiles perscrutationes vidit quod intelligit de stranguria que sequitur pustulas que removetur remota pustula per suppurationem et saniei emissionem. ¶ **Sed ego.** [illegible] dicit ut alio solvitur stranguria et dicit quod fit per paulatinam dissolutionem talium pustularum, quod sophiste ex hoc volunt Ypocratem increpare quod hoc non dixit. Dicit quod hoc fecit quia per manifestiorem modum solutionis apostematis dedit intelligi id quod accidit in modo occultiori.

Urina multa noctu. Conclusio aphorismi est ista. Multa urina emissa in nocte significat paucum fuisse secessum et econtra. Primo patet. Hec urina significat paucam cibi humiditatem in intestinis mansisse et econverso multus secessus significat paucam humiditatem ad epar transmisisse. Igitur [illegible] in [illegible] significat alterius paucitatem. ¶ Circa aphorismum primo nota quod licet urina que emittatur multa propter humorum corporis eliquationem et eorum transmissionem ad vesicam, tamen pluries urina pluries fit multa ex multa aquositate tracta ab epate, que postquam sanguis in epate est genitus expellitur per venas emulgentes ad renes. ¶ 2o nota quod multa quantitas aquositatis quando trahitur per multum potum, et contingit ita multum fuisse potum quod potest multa aquositas ad epar trahi et etiam multa in intestinis dimitti. Sed tamen sequitur quanto plus de tali humiditate ad epar trahitur tanto minus [illegible] dimittitur in intestinis aliis paribus. Et in illo quod remanet est sicut dum ibi retinetur, et ideo exsiccatur a calore dissolvente amplius. Hinc est quod magis minoratur humiditas fecalis quantitas quam ad epar trahatur. Et quando autem cum pauca attrahitur multa remanet. Ex quibus patet aphorismus verificari ut in pluribus et hominibus utentibus temperata dieta in quantitate cibi et potus qualitate. ¶ 2o patet causa aphorismi [illegible]; patet 3o causa quare provocatio urine confert in fluxu ventris curandis, et lenificatio ventris confert ubi paucum mictum querimus. ¶ **Dicitur hic.** G. in isto glosa primo verificat primam partem conclusionis, 2o ostendit quare dicit nocturna, 3o verificat ambas, 4o ducet aphorismi utilitatem. 2a in nocturna. 3a ibi Nulli n. 4a ibi hoc autem. Partes patent ex dictis circa aphorismum. ¶ Et finitur 4ta particula, de quo laus deo.

Explicit Quarta particula. Deo gratias.



Incipit quinta particula.

Spasmus ex elleboro mortale.

Sicut dixi pera in particula prima ego non intendo in commentatore separatorum aphorismorum ponere librorum nisi illos qui credidit ypocras separatos esse voluerit. Ponatur ut hunc sequitur simpliciter modum videatur apparere. Et ista est quartus primus aphorismus. Spasmus contingens ex potu ellebori est signum mortale, primo quoniam talis spasmus ut plurimum consequitur nimia corrosione et dissolutione fibre nervorum, et spasmus ab hac causa procedens est mortalis, quod secundo quia spasmus ex elleboro est signum mortale, quoniam tamen quidam dixerunt illud signum mortale quod ut plurimum fit mortem, licet non semper. Assumptum vero circa litteram patebit. Similem hunc sententiam habetis a mesue de consolat. medicinarum, et auicenna, et galieno tertio, et rasis et phar. primo breviatorum, et rasis .iv. almansoris. Circa aphorismum specialiter notandum primo quid est spasmus, et quot modis dicatur, et tres suas maneries scilicet de replecione, de inanitione, et non pertinet ad materiam, quia omnia vide supra in particula secunda. Secundo aphorismo, febre in spasmo. Secundo nota quid sit elleborus, et duas eius species albam et nigram, et differentiam earum quia vide supra particula .4. illo aphorismo ad elleboros hujusmodi non facile etc. Et ista licet decreat dicte legendo repetere non tamen oportet in scribendo folia multiplicare, et idem dico de similibus. Tertio nota quod ex elleboro quolibet trium manerierum spasmi possit accidere scilicet de replecione, de inanitione, et non pertinet ad materiam. Primo de replecione elleboro multa flata movente eleuate et nervus male repletis. De inanitione ut elleboro plurimum evacuante ita ut nimium exiccent nervum, non pertinet ad materiam aut primo quia elleborus sua mala qualitate ledit nervos ad os stomachi venientes, ita ut spasmetur et per compassionem cerebrum contrahat, aut quia moveat ad stomachum materias malas que morditatem nervos faciant spasmum. Plurimum tamen spasmus accidens ex elleboro in primo purgationis est non pertinet ad materiam, sed accidens in fine et post multam purgationem est ex inanitione, accidens autem post vehementem agitationem sine dolore, sine purgatione plurima, fit quasi de replecione. Nota quod ut in quarto debebit quod non oportet spasmum non pertinet ad materiam et consequenter potus

ellebori esse mortale, nec spasmum de replecione, sed spasmus de inanitione ille est mortalis modo dicendo. Quarto nota quod spasmus de inanitione, quidam est particularis ut spasmus digiti vel brachii quos sepe ex combustione videmus, et istos non oportet esse mortales cum videamus plurimum non ex illis mori. Quidam non sunt vel est totius comprehendentes et isti spasmi de inanitione sunt mortales propter causam dicendam. Quinto nota quod spasmorum de inanitione quidam sunt confirmati et isti sunt incurabiles, quidam non confirmati et isti curari possunt. Sed dicit confirmatus a non confirmato, quia confirmatus est remota causa existente in suo vigore perseuerat, sed non confirmatus est qui remota causa existente non permanet. Nam in primo consumpto est facta substantia ut per qualitatem huiusmodi tamen causa non tollat. In secundo non qualitatem corrosivo est multa, sed non tanta est substantia corrosivo quin per qualitatem huiusmodi removeatur. Sexto est quia causa et per flatum venti corrugate non possunt in loco humidi extendi, sed quin per ignem tangeret corrugatum fortius prius frangitur quam ad pristinam extensionem veniat. Spasmus quod de inanitione confirmatus ellebori sequens purgationem et vlis est mortalis, et causa quia non potest rehumectari ita cor eius ista nervi contracti permaneat et sic non tantum permanet quod prohibet respirationem, et ita per viam suffocationis moriuntur infirmi, et tamen sic vide. 2a. 3a. Et sic glosa per quod spasmus sepe potu ellebori est de inanitione, quod ipse plurimum infert mortem, et ideo dicunt signum mortale. Non enim oportet quod ad omne signum a medicis dictum mortale sequatur mors, sed sufficit quod ut plurimum. Secundo quod spasmus est signum mortis, et causa suffocationis.

Dubitatur circa aphorismum.

Spasmus quilibet ex ellebori potu contingens sit mortalis. Non videtur quia spasmus non pertinet ad materiam contingens ex potu ellebori non est mortalis quod tertia aphorismo sexta particula in quinto, et sic spasmus de replecione. Secundo sic spasmus de inanitione non est mortalis, quod non quilibet ex elleboro contingens, nota quod cum maxime sit mortalis propter illum de resolutione dicitur, sed ex auicenna 2a 3a et in curatione ponitur, et mesue in suo de appetitu curatione de spasmo. Confirmatur quod in infantibus spasmus subitus commovetur velociter, et ita auicenna loco allegato quod dicit de infantibus, et propter liberantur a spasmo subito velociter propter humiditatem membrorum suorum, et propter humiditatem cerebri eorum. Tertio sic spasmus

de repletione difficilius curatur quam spasmus de inanitione
spasmus est curabilis quia 2us minor et quia satis
patet, sed maior autem singultus est nervum hume-
ctare quam exsiccare, sed spasmus siccus removetur
per humectationem / singultus autem per exsiccationem quia
etc. / 4m patet quia alter singultus cadit cor 2us in spa-
smum siccum quam singultus cuius omnium dicunt omnes.
¶ 10o sic / nullus est spasmus de inanitione quia nul-
lus spasmus ex eleboro est mortalis / quia
tamen quia de spasmo elebore sequentibus solus iste
qui de inanitione est mortalis / dicendum primo quia spasmus
aut esset proportionatus ad materiam aut non proportio-
natus / Non potest dici 2m quia primum scilicet quod est propor-
natus ad materiam / Et talis spasmus est spasmus
inanitionis quia non proportionatur ad materiam / quia non
2am patet quia non pendet a materia dependente spa-
smi dependentia / quod requirit ad hoc ut mor-
bus apud medicos dicatur malus ¶ Confir-
matur nervum puerorum stante etate pueritie non
possunt ad tantam siccitatem deduci ad quantam deduc-
ti sunt nervi senum, sed per tantam siccitatem quanta est
apposita senibus non contingit vel spasmant
quia nervi puerorum per nullam siccitatem acqui-
sitam in eis debent contingere stante etate pue-
ritie / et sic nullo modo stante eorum etate spasma-
tur spasmo sicco ¶ In omnibus est ypo. in afforismo
¶ Pro solutione questionis primo ponet notabilia /
2o conclusiones de quesito ¶ Nota quod primo quod hoc nomine
spasmus tribus modis invenitur. G. et avicenna usus /
quandoque nominat generaliter pro omni egritudine nocumenta
qua lacerti prohibent ab eorum dilatatione / et
isto modo est nomine commune ad spasmum proprie dictum
et tetanum / et hoc modo locutus G. in libello de tremo-
re / et rectigatione / et rigore / et spasmo capitulo vl-
timo circa finem ubi dicit / Graves et post hoc
quod omnes homines concordantes in hoc quod spasmus
vocatus in greco ansbonius est extensio a parte
anteriori. Alius vocatur epistonius et est
tensio a parte posteriori. Tertius vero vocatur
tetanus in greco et est tensio absoluta materie
quod voluit nomen spasmi dici de tetano et
idem vult 3o de interioribus capitulo 3o in principio ubi
dixit / Oportet epilempsia non est nisi spasmus
toti corpori eveniens / non est enim sic tetanus spasmo
mus et epistonius. hoc et avicenna G. dicit spas-
mum de istis tribus. Quandoque autem dicitur spasmus
magis stricte ut distinguitur ab aliis, et sic 3o
capitulo de spasmo ubi dicit / spasmus est egritudo
nocumenta qua movetur lacerti ad principia sua et
inobedientes sunt in dilatatione / Cuius diffinitionis ex-
planatione vide supra in primo tractatu 2a, illo afforismo
febre in spasmo / et patet legenti capitulum de

tetano quod autem vult tetanum proprie dictum
quia non est divisio spasmi non esset spasmus, vero contra
sibi / dicit. n. Tetanus autem secundum veritatem est
contrarius spasmo. Differunt autem spasmus et
tetanus hoc modo sumendo spasmum stricte et
tetanum, quia ad spasmum sequitur nervo contractio lacer-
ti ad suum principium quod non fit in tetano ymo
in illo dilatatur lacertus secundum totam suam longi-
tudinem non contrahatur ¶ 3o sumitur hoc nomine
spasmus pro motu involutario contractionis
membri, et lacerti contracte spasmi / et non dic-
tum / non quod nervo fiat talis motus sed
cum violentia aliqua dilatatur membrum spas-
mati redit involutarie ad contractionem /
et ille est spasmus / et hoc modo locutus G. quod de
accidenti et morbo in principio ubi dicit / spasmus
tremor / singultus / sed tussis / eructuatio
sternutatio / pandiculatio / rigor / oscitatio / ora-
tionum quando supponit scilicet malo motu et
paulo post ubi dixit / actio quia a solo
morbo fit est contractio et spasmus / sed
etiam per spasmum intellexit spasmum proprie
accepti actionis scilicet motum contractionis dictum /
Videbas autem / contra / teorice capitulo 9o pro spa-
smum vult quoddam commune spasmo et tetano ut
patet legenti, vel enim intelligit per spasmum
diminutionem membri a naturali longitu-
dine / et ita ambiguam ponit descriptionem /
sequendum quod [illegible]. ¶ Nota 2o quod teta-
nus describitur hoc modo ab aliis / Te-
tanus est egritudo officialis prohibens contrac-
te motiva a contractione membrorum de quarum
aptitudine est ut contrahant propter nocumentum
in lacertis et nervis / Cum quod propter nocumentum
lacertorum et nervorum ex aliqua officiali
egritudine membrum prohibetur membrum de cuius
aptitudine est ut possit contrahi a contractione /
illa egritudo est tetanus. Contingit
autem hoc duobus modis / Vnus est cum membrum
habet diversos musculos oppositos motu posi-
tos et motivos [illegible] / manus quod muscu-
los habet motivos ad silvestrem partem et do-
mesticam / et ad dextrum et sinistrum, tunc
si omnes isti musculi ex equalis parte porti
spasmentur egra manus in natura rema-
nebit extensa prohibita a contractione et dicitur
tetanata, sed in isto casu iste tetanus est plures
spasmi. 2o modo fit musculus in vno
musculo cum ventositas ita egra per omnes
poros ingreditur / et ibi coagulatur / quod absque
nervum vel musculum abreviatur musculus te-
net rectus / et prohibet a contractione / et iste

e tetanus / qui no e aliq spasmi nec ds
spasmus pprie dictus / z dr pprie tetanus
q a / spasmo distinguit / Et tn hec ora
tene mea pp dca i ca° de tetano ab a
auic ¶ 3° noz q tribus mois otingit i
oie spasmari mebru pprie / Vno° pptez
nimia reploe ex hu[illegible] exnea / sicut
videmus cordas instrum musicalium aucz
tas pp hu[illegible]tez. 2° mo pp defectu hu[illegible]
nalis hui / vnde nimis acuitat sicut
corde qn exicat sole ul igne. 3° mo
pp re nocete .s. mordicate ul doloroze
ipmete aut venenosa qlitate agente /
na isto casu vtus nalis hui z lacti
mit exprime a / se re mala ipmetem
q ita propet ac si eet infrta directe
sicut i rigore ontiut / Sz qz in spasmo
ca otie affligit ita ut otinue sit cona
tus fortis ad expellendu / io otie mebru
tene otru i spasmo isto mo cato / Et q
hic spasmus fiat vtute conate expelle
colligit ab auic / 2a / 3i / ca [illegible] ca° de
spasmo / Et qz fit spasmus / q ad naz
no pportnat euenies ca rei pdictis /
a / qua hui fugiut z oo[illegible]gant ad expe
llendu ipaz. ¶ Sed hic cadunt
dificultates. Vna qz capiendo spa
smu stricte put e otrido ad mete Auic / vi
tpole q tetanus sit duo spasmi / na i teta
no mebru ipm e extensuz no otractu ut
pz ex diffoe sua / z i expo / q ibi nulls
e spasmus / oa pz ex diffoe spasmi p
pe accepti / na oz q in eo lacti moue
ant ad sua pri[illegible] z sic otrahant ¶ Ubi
dr q ad ee spasmi requit lactu esse
otractu s no oz otractu ee mebru cu
copulat pp ipediuntu ab alio lacto ad
otrariu tr[illegible]hente / et ideo i tetano q e duo
spasmi ymaginad vtiusqz latis lacertos
ee otractos / s corde ad membru tendetes
st elongate pp forte vtiusqz lacti ten
sione. ¶ 2a dificultas qz .G. i. q° de
acnti dic spasmu ee motu ois factu
a / morbo no a / vtute / Sz otriu vidr
de spasmo no pportnato ad naz q fit
pti a / re pt naz / pti a / vtute ut
stati dictu e. ¶ Ubz q .G. ibi itelligit
de spasmo pure nali / ul pure a / sia
tate / no de illo q no e pportnatz ad
naz. ¶ 3° nota q morbus io dicit
nalis qz e dependes spali dependentia
a / nra corpulentia z itelligimus spali
dependentia depende q[illegible] p remotione

mei pt nalis otinuaqz eet loco illius humoz
q nalz debet ee remo morbus / na no alia
de causa dicimus ethica ee mala oploez
absqz nra / z effimera / z alias / Ex hoc.
p° sr q ds spasmus no pportnat ad naz
e morbus malis qz pendes ora ex a / co
lera mordicatiua ul alio huore ledente
hui no tn ibibito / z ds talis .s. no ppoz
natz e morbus malis / ut factus ex vlne
re abs huoz pecco ¶ Ex. 2° q spa
smus siccus purus e morbus malis /
Et qz huic oit dicimus spasmu ad naz.
pporcnatz e morbz malis / s tn spasmus
malis no dr n spasmus de reploe ut
pot vidi ab Auic / 2a / 3i / ca° alleto
de spasmo cu dicit / Et nra ql oio spa
smi malis aut e ophensa sup lactum
totu z illud e ca spasmus e sine apdite
aut e ophensa i loco vno que reliquie
ptes sequit sic in spasmo facto pp apla
smuit q Auic spasmu no dicit malem
n na sit ophensa i lacto / no ois tal
e de reploe / Ex ho sr q ds spasmus
e morbus malis qui no e spasmus ma
lis ut spasmus ds no pportnatz ad naz.
Sr. 2° q no quilibz spasmus pportnatz
ad naz e spasmus malis ut dictu est
de spasmo sicco. ¶ q° pri nota q spasmus
siccus qz sequit resolutione roride hu
miditatz valde subtilis no osupta hu[illegible]
substancia ita ut merito illius sequet spas
mus. qz no se substantifice huit et
corrupte resolutione z osuptoez / ita qz otin
uaqz irrorare[illegible] debite tn adhuc nervus
otractus remanet. Primus e no ofirmatus.
2s vocat ofirmatus. exe e carta ul cor
da ex vento exicate otrahit / s si i loco
humido ponit ad pstina latitudiez aut
logitudiez reuertit / Ecora z / ut cu igne
corrugate fortit carta otrahit no redit
p humectacione ad pstina logitudiez quia
osupta e radicalis humitas. Itm i spasmo
sicco qz sola exorta° qlitatia q pcedit
a / ca actuali ipmete e ca / z humectatio
qlitatia fit fialz ca remota aut ab in
trinseco aut ab extrinseco. ¶ 6° nota q h[illegible]
spasmus siccus qz e circa toti corz / z i
hoc pirilu pp pnacione anelitz / qz vo
e i pti[illegible] membro no corcante nobilz su
u nocitz pnli mebro / z i ho no est
piculu ut appz i spasmo dicto ex obu
stione ignis ¶ Nota .1°. q lz sequu

oez opione qlibet nerius sit humidus 2u
equalis ad pondus cu oe venes sit a/ dno
calidu 2 humidu ut e ois fama/ tn non
oz q pp ho faalus curet spasmus siccus
q spasmus humidus/ na spasmus siccus cofir
matus no curat p pura qlitatiz huecta
ne/ s curatur p humectaone sbstantifica si
curari possit/ 2 ista e valde difficilior q cor
rcio qlitatia q e p resolutione me humid
cuo ebibite ul' eius euone/ Et ro qr istius
mei resolutio fit a/ calore ut e calor abte/
2 eius euo fit a/ medicis euantibz a/ for
spensfica tale maz/ no facile e nobis me
me tale cam calefactaz multu dissolutaz
2 facile e inuenire medicinas que euant a/
fora spera maz i nuis otenta/ s sbstan
fica huectao no fit ni vi caloris/ ut est
nalis/ 2 nalz agetis/ cui no ta facile ma
gnu adiutoriu afferre possimus ad agendu
ut nalis/ 2 io lz nerius i nali dispoe
exns facilius curat spasmu humidu/ qsi
thu qr humidus e pp maz neruo imbi
ta/ 2 siccus pp resolutione ptis sbstanti
ta/ 2 siccus pp resolutione ptis sbstantifi
ce no multo facilius 2 a/ leuiori causa
replet nuus q sua humtas sbstantifica remo
ueat/ tn nuus spasmatus spasmo sicco co
firmato qr pp resolutione sbstantifica grosse
humtis no dicto multo difficilius redit ad
sua huectaone nale q nuus huectatus
ul' spasmatus spasmo humido redeat ad
nale sua dispone p illius humtis euonez
2 resolutione. **Aliis habitis.** sit pa
oo ista. Aliqs spasmus no pporcionatus ad
maz e incurabilis lic plerique tales facile
curet. pa pos ois pz de spasmo a/ ma
venenosa pendente 2 de multis aliis ppt
mordicaone male me ita infixe ut prius
sit oppotunu mori q ma possit remo
¶ 2a oo/ Aliqs spasmus de replone e incura
bilis/ lz multi tales sint curabiles/ qo
quo ad pma pte pz qr ta resistes pot ee
ma ut prius p ma suffocatois moriatur
ho q possit curari/ 2 silr 2a pos pz ex
auc/ 2a/ 3a/ 2 oibz meis 2. G. i cto.
¶ 3a oo/ lic aliqs spasmus de ianitione curari
possit/ spasmus tn de ianitione ofirmatus et
cois tota e incurabilis/ pa pos ois patet
ex multis dictis autoz 2 p expertia
2 ea vlt auc/ 2a/ 3a/ de spasmo prie
rore/ 2 de spasmo sicco cuius poit cura/ 2a
pos e oiuz doctoz/ na. G. in libello de
spasmo/ tremore/ 2 rigore/ sic ad lram
dicit/ Ois aut spasmus ex siccitate isana
bilis e/ 2 etiz cui accidit isto spasmus
perit antequ medicina fuit pparata nedum
anteq cu ipa curet. et certo loquitur
de spasmo ofirmato vlt. ¶ Ex 4a oo/ no ex
quolibet spasmo sequente potu elebori mo
ritur infirmus/ pz ex. G. in cto de spasmo
no pporcionato ad maz ho potu sequente.
¶ 5a oo. plerunque spasmus seques potu ele
bori e mortalis pprie pos pncipalem
forte/ pa/ talis e spasmus siccus ut plurimum
ofirmatus vlis q ul. ¶ 6a oo/ omis
spasmus seques potu elebori e signum
mortale/ lz no semp mors inde sequat
pa pos pz ex. G. in cto/ et 2a. ¶ Ex
quibus ad argumenta in oppositu
facta rndet/ Ad pm rndet qredo spas
mu illu no ee mortale qr ad ipm se
quatur mors numo/ 2 ho vult. G. in
cto/ oz e mortalis qr signu indicas
mortis suspitione/ Et ad hunc sensuz dic
vltra oo. ¶ Ad 2m nego nullu ee spasmu
de ianitione mortale/ s ofirmatus e mortalis/
quoz cura no ponit/ ut pz in pone/.
¶ Ad 3m nego ans ut pz in. 1o. notando.
¶ Ad. 4m silr nego ans ut in pone dctze./

Consuetudo fuit antiquoz.

Galis in cto po dicit de quo ellebro
intelligatur afforismus/ 2o ondit no quelibet
spasmu ex potu ellebori seq morte/ 3o on
dit modos spasmi q possunt osequi potu ele
bori. 4o rndet duabz obiectionibz tantus
q oncludit afforismi veritate/ ibi 2a scd hoc
dictus/ ibi 3a/ pote e q/ ibi 4a/ alij etia
spasmus/ ibi qa het sit oia. de pducit
q osuetudo antiquoz fuit abte plato vo
cabulo p elleboro intelligere album/ ex cuius
potu spasmu ontes dicit mortale. ¶ De
2a dicit q quiz in multo potus elli an
purgaone fit spasmus q no e mortalis/
hic etiz accidit pp modicaone in ore
stoi/ sicut accidit quida vomem q vomu
stoi/ sicut accidit quida vomem q vomu
it eruginem/ 2 ni ommota e sup stoo pp
nuos magnos q ad os stoi veniunt a/
cerebro pacientis incurrit spasmu/ s purata
erugine cessauit febris 2 spasmus ¶ De
3a pte dicit q eleborus pot facere spasmu
pp colligantia oris stoi cu cerebro/ 2 ibi
exorite forti dolore gpatitur cerebru 2 otra
hitur/ 2 inde omnes nerui otrahunt/ pot
2 ipm seq spasmus de ianitione multu pie
purgat/ 2 simplr 2 spasmus de replone/
Spasmu aut de plenitudie/ 2 2 illu simplr
qui e pp colligantia. y. dixit ee curabile

sed ille qui est de inanitione est incurabilis, et intel-
ligant ista modo dicto in expositione afforismi. ¶ De
parte 2a dico primo quod Ypocras primus dixit de spas-
mo de repletione, et de inanitione, nec dixit de
spasmo facto per colligantiam quod non debemus
credere ipsum fecisse per negligentiam, sed voluit
quod istum per illos duos intelligeremus. ¶ Dicit
2o quo ad eandem partem quod alii sicut singultus
propter puncturam meri, vel stomachi, qui est communis
spasmi potentis ex elleboro accidens, sed
hoc Ypocras non dixit hic. Possumus tamen intelli-
gere spasmum de quo hic loquitur Ypocras esse de
inanitione, quia omnis res purgativa est desicca-
tiva, et ideo non de spasmo tali re sequente
dicat sed quod potest intelligi de spasmo de ina-
nitione. ¶ De parte ultima dico quod ista sunt
dicta contra spasmorum qui possunt sequi potum
ellebori et non est eorum aliquis incurabilis
nisi qui non punctura est vel propter colligantiam
propter motus vomendi, sed ille qui est ex sic-
citate est incurabilis, et ideo bene dixit Ypocras
non dixit quod est mortalis, nam quidam spas-
mi ellebori potum sequentes sunt duri ad
sanandum et unus eorum est incurabilis, sed tamen
hoc limitatur quod quoniam dictum est supra patet.

In vulnere spasmus.

9o affor. est ista, Spasmus ulceris sequens vul-
nus est signum mortale, probatio primo talis
spasmus sequitur maximum nocumentum in princi-
pali membro, aut per cerebrum, aut per cordis, et
a tali pauci evadunt, et plurimi moriuntur
ergo spasmus talis est signum mortale, quia
et anus contra illam declarabunt, et similiter simili-
ter habetis ab auctore 2a 3i, capitulo de spasmo.
¶ Nota quod primo quod ulcus proprie ut distinguitur
contra vulnus est plaga sive solutio continui-
tatis propter naturam in carne, largo sumendo
sine pure et sanie. Et ulcus est solutio
continuitatis in carne cum pure et sanie, sed
hic sumitur ulcus pro eo ad ulcus et
vulnus. ¶ Nota 2o quod ex vulnere quando sequitur
spasmus particularis membri ut manus vel
digiti, et hic non oportet esse mortale, quia
non est spasmus ulceris totius corporis et de
isto est sermo in proposito. ¶ 3o nota quod ex
vulnere potest sequi spasmus de repletione,
ut membro multum dolente multe materie
ad ipsos attrahuntur et non proportionatur propter
dolorem et compassionem, et de inanitione ut cum
multa est sanguinis evacuatio in proposito de quo-
libet potest verificari afforismus, maxime autem de
illo per colligantiam tamen contingit verificari
quia plures iste contingit. ¶ 4o nota quod

spasmus ulceris non accidit ex vulnere nisi propter no-
cumentum principalium membrorum per se aut per colligantiam
et quia hec nocumenta tardius removeri po-
ssunt quam mors ipsa sequitur, ideo contrahunt incu-
rabiles, et ista est causa verificationis afforismi. ¶ No-
ta 5o quod non oportet ad hoc ut signum dicatur mor-
tale quod semper mors sequitur ut dictum est in commento
sed sufficit quod ut plurimum. ¶ Ultimo nota quod ad veri-
ficandum quod semper mors sequitur spasmum
sequentem vulnus requiritur quod spasmus sit for-
tis, 2o requiritur quod virtus sit debilis, 3o
requiritur quod sit perseverans. His enim concurrentibus
semper sequitur mors, quia virtus debilis tam
fortem causam non potest depellere ymmo succumbit.

Sicut antea spasmum.

Galienus
in commento primo ondit quid intelligat Ypocras per
mortale, 2o docet modum per quem spasmus
ulceris sequitur vulnus. Et iste sensus verificatur afforismi,
ibi 2a, Spasmus ex vulnere. ¶ De prima dicit dicit
tale spasmum mortale quia plurimum sequitur mors non
quia semper. ¶ De parte 2a dicit quod primo membrum
spasmatur vulnerato facto apostemate in eo, 2o
ipso existente principali, aut multum nervoso, communicante
nocumentum aliis membris, et tandem principaliori
quod est cerebrum, unde ipsum contrahit, et inde sequitur
totius contractio.

Sanguine multo fluente.

Decimo afforismus est ista, Spasmus aut
singultus natus cum multo fluente
sanguine est signum malum, probatio quia sequitur in-
ma corporis exicatione et defectum virtutis, ergo
quia nota, et tamen statim patebit. ¶ Et similiter
simili habetis 2a p. capitulo de fluxu sanguinis
et 9o almansoris capitulo de spasmo. ¶ Nota
2o hic fluxum sanguinis quandoque fieri a natura ut
fluxus menstruorum, quandoque a causa principali in
trinseca ut fluxus sanguinis narium vel
per aliud locum, quandoque a causa accidentali extrinseca
ut vulnere, flora, vel cum de omnibus verifi-
catur afforismus. ¶ Nota 3o quod talis fluxus
quandoque est de sanguine venali, et quandoque arteriali
et ille qui est ex arteriis est deterior, de
utroque tamen intelligitur in proposito. ¶ Nota 4o quod
sanguis aliquando fluit multus subito, et
iste facit quandoque spasmum, quandoque autem fluit mul-
tus paulatine, et iste non adducit cortez
spasmum, et causa est quia per fluxum paulatinum
corporalis saltem accidentalis rehumectatur cum cibo
et potu, sed cum fit subito fit magis exicatio
sine restauratione. ¶ Nota 5o quod ex fluxu san-
guinis potest fieri spasmus de repletione et de

inanitione et non approximatur ad mortem, ita quod ipsum aliquis intendat secundum illa in nervis expensis et durum fit, ita ut inde nervum spasmetur. Quando autem exacuit colera et non ad stomachum et facit spasmum non approximatum ad mortem, sed plurimum facit spasmum de inanitione, quia exsiccatis venis exinanitur corpus et corpus ita ut cum fortitudine a membris attrahat, et ideo musculi depauperantur corporis naturali humiditate ita ut inde siccitas sequitur, et corporis corrugatio que est spasmus fit. Et quia hoc non fit nisi multo sanguinis fluente, ideo dixit multo ad denotandum quod maiorem intelligit de quo spasmo siccho. Et ex hiis patet sententia prime partis aforismi. ¶ Secundo nota quod singultus est motus compositus ex contractione et extensione partis nervalis stomachi qui valde similatur motui spasmali, et ideo ex similibus accidit causis cum spasmo, et ideo de ipso simile est intentum, sed de isto in sequenti aforismo videbitur in corpore. Iste autem singultus quamvis est in stomacho per proprietatem quam per [illegible], et omnia in sequenti aforismo clarius explanabo. Sufficit autem hic quod cum propter forte fluxum multum sanguinis fit singultus significatur membri nimia exsiccatio et totius corporis, et ideo est signum malum. ¶ Ultimo nota quod hic spasmus est minus malus quam ille qui ex elleboro quia fit inanitione eius, ratio est quia ex isto non ita exiguntur(?) grossos et radicales humores deficere in nervis sicut ex illo, cum hic non sit medicina fortis attrahens sicut ibi, et alia sunt parva. Et hoc vult Galienus in commento.

Non est intelligendum. Galienus in commento duo facit: primo enim ostendit quid intelligit per malum, secundo ostendit cuius est spasmus sequens multum sanguinis fluxum, secunda ibi: hic autem spasmus. De primo dicit quod licet hic spasmus sit malus non est ita malus sicut superior sit ex potu ellebori, et tamen simpliciter dixit. Et si bene consideras verba, quod non videtur velle quod dicat mortale. De parte secunda patet quid dicat.

Spasmus et singultus. Consequenter aforismus est iste: Spasmus et singultus accidentes post nimiam inanitionem est signum malum. Continuatur sic: Quia iste sequitur multa membrorum exsiccatione cum virtutis debilitate, consequenter ideo patet, et autem declarabit similem sententiam habetis in precedentis aforismi. Propter consequenter almasorius capitulo de spasmo. ¶ Nota quod per inanitionem intelligitur vero evacuationem, dicit autem nimia quia sicut illud quod tollerari potest virtus. ¶ Nota secundo quod cum propter huiusmodi evacuatione concomitatur resolutio spirituum et virtutis debilitatio, et ideo cum propter huiusmodi evacuationem potest esse causa spasmi, sive ille fuerit colera sive flegma sive aliud, per quanto cum eo concurrit spirituum resolutio et membrorum per consequens exsiccatio. Vel aliter ostendi quod per solius colere evacuationem non sequitur spasmus saltem siccus, sed si multum superfluat evacuatio non solum colera educitur sed flegma, et cum hoc naturales humiditates membrorum, ut dixi precedenti, secunda in commento illius aforismi, sana humores corrupta. Et ideo talem inanitionem evacuationem est aptus sequi spasmus siccus vel cum exsiccatis membris. Ex quibus patet sententia aforismi, nam talis spasmus est malum signum et cum hoc malum causa.

Quod autem dixit. Galienus in commento facit tria: primo comparat hunc aforismum ad primum hic positum, secundo comparat hunc spasmum de quo hic est sermo ad spasmum de elleboro factum, tertio describit singultum; ibi secunda: neque tamen minus; tertia ibi: singultus autem. De parte prima dicit, hic dicit vel quod cum purgat dicta dicit [illegible] ad ultimum illud quod in primo fuit dictum specialiter de elleboro, et sic hoc hic. ¶ De secunda dicit quod hic spasmus de quo hic loquitur non est minus periculosus quam ille qui est ex potu ellebori, sed est vel loquendo periculosior, quia spasmus hic est de inanitione, sed ibi sepe spasmus cum elleboro est de repletione vel non approximatur ad mortem. ¶ De tertia dicit quod singultus est spasmus quem patitur os stomachi aut vene, ut alias monstramus.

Dubitatur circa duos predictos aforismos utrum singultus sequens nimiam evacuationem aut fluxum sanguinis multum sit malus. Videtur quod non sic: Ex nulla artificiali evacuatione potest singultus provenire, consequenter ideo; consequentia nota et antecedens, quia non potest tanta siccitas in membris per solam artificialem evacuationem acquiri quanta est in ethicis, sed siccitas ethica non facit singultum, consequenter nec siccitas per artificialem evacuationem acquisita. ¶ Secundo sic: Ex siccitate sola non fit singultus, consequenter ideo. Antecedens probo, quia hoc vel fieret quia stomachus se contraheret ad expellendum rem nocivam vel ad fugiendum a nocivo, vel quia naturalis siccitas in illo membro haberet talem constrictionem facere. Prima non, quia non videtur alius modus [illegible] qui premens stomachum in singultu aggravaret ad evacuationem, sed quod non fiat hoc fugiendo a re nociva vel conatus ad expulsionem patet ex [illegible] tertia [illegible] de singultu. Et hoc non sit propria quod siccitas in tali

membro tale corrugationem equat. Ad primum quod quilibet gradus siccitatis cum sua raritate potest stare et cum sua densitate ut patet de ligno et terra. Quando in eodem gradu siccitatis, hoc non convenit inesse membri quod in tanto gradu siccitatis hoc limitat quia post talem constrictionem virtus membri insurgit ad dilatandum, quod non faceret si in eodem sive inclinaret prima constrictio facta fuisset. ¶ Confirmatur quia si siccitas vel membra non cum illo gradu siccitatis ista talem constrictionem limitaret, in maiori et limitaret, sive illo subito sive successive acquisita esset, sive confirmata sive non, vel aliter detur ratio diversitatis. // Tertio sic aliquis singultus de siccitate est facilis curabilis quod non sunt omnes simpliciter multum mali, quod est Avicenna 13.3 loco allegato ubi dixit: Et quando fit a siccitate, et curatur cum eis humectare et removeri. ¶ Ultimo sic quilibet siccitas confirmata est potentior ad faciendum singultum quam aliqua non confirmata, sed aliqua confirmata non potest ut patet de ethico, ergo nulla non confirmata, et sic sequitur quod quilibet singultus ex siccitate sequens minima inanitione sit ex siccitate confirmata. //

In oppositum est Ypocras in Afforismis. ¶ Pro isto dubio primo nota quod singultus describitur multis modis. Nam in uno dicitur quod est spasmus quem os stomachi et meri patitur, et a medicis de consilio medicinarum dicitur quod est motus spasmosus partium stomachi factus a re nocente qua fit contractio partium eius aggregatum se in se ipsis forti motu, et hoc potest salvari intelligendo re nocente ... re primam ad nocumentum facientis stomacho sive fuit qualitas sive corpulenta materia vel vaporosa, sed Avicenna 13.3 considerans quod singultus quando fit propter materiam corpulentam vel vaporosam ad alia proximiter [illegible] et male, quando non inest expeditus stomachi sive congruentia talis expulsionis rei quae stomachat ut poneret descriptionem completiorem ita descripsit: Singultus est motus diversus compositus sic spasmus contentivus cum expulsione dilatativa expulsionis in ore stomachi aut in toto corpore eius aut in meri, ex quo aggregatur ad se ipsum cum spasmo fugiens a re nocente si fuit nocens, et praeparatur ad motus fortes expulsionis sequentes ipsum sic accidit ei qui vult, aut si non fuit nocens propter sit ipsum servitia supplentis siccitatis [illegible] ad [illegible] sic spasmus, et natura movet et non obediat illud et suaviat ei. Et patet intelligenti quod vult dicere Avicenna in singultu esse duos motus quorum primus est

constrictio et aggregatio partium stomachi principalis ad se invicem ad similitudinem spasmi [illegible] et secundus est fortis motus expulsionis eius quae continetur a se ad [illegible] sic fit quando a pannis volumus plures excutere primo facimus plicam deinde forti dilatatione extendimus. Hoc autem [illegible] fit aliquo trium modorum in singultu: aut primo quia est ibi res nocens stomacho et ab ipso expellenda non sufficienter in eo expulsus sed vel ibi habita vel stomacho alio modo applicata, et virtus propter magnitudinem nocumenti primo constringit partes stomachi ut fugiat a re tali; secundo est quia existente re nocente modo predicto virtus constringit non immediate propter fugam a re nocente, sed ut sit membrum praeparatum ad motum fortis expulsionis puta dilatationem, nam per hanc unionem praeparatur stomachus fortiori dilatationi sic accidit in motu voluntario, et hoc intendebat cum dicebat sic accidit ei qui vult. Aut tertio non est res extranea nocens stomacho immediate in ipsum stomachum [illegible] mala forte sed est stomachus exsiccatus superflue et intense ita quod haec siccitas constringit partes stomachi, siccitas enim in pellibus terreis facta et [illegible] est causa maioris densitatis et per consequens constrictionis, sed virtus membri quae intendit membro debitam dilatationem insurgit et dilatat membrum, et quia membrum non sufficienter obedit iterum ad constrictionem redit. ¶ Ex quo patet quod descriptio posita est communis cuilibet singultui, et explicat causas a quibus potest singultus accidere. Patet secundo quod singultus est actio lesa. Patet tertio quod singultus factus a re nocente secundum modum loquendi Avicennae est singultus cuius dilatatio quam constrictio fit a virtute, licet constrictio fiat [illegible] re nociva, sed in singultu facto propter siccitatem constrictio fit a solo morbo, et dilatatio a virtute. ¶ Patet [illegible] quod licet in singultu sit motus similis spasmo, non tamen est ipse spasmus quia spasmus implicat ut per eum sit latus motus versus suum principium, quod non requiritur in singultu cum stomachus non habeat lacertos. ¶ Secundo principaliter nota quod licet siccitas quae subito et velociter acquiritur sequatur et celerius consumptio, tamen illa quae paulatim acquiritur [illegible] quae sit paulatina. ¶ Tertio nota quod [illegible] virtus et forma membri retinentur [illegible] dispositio [illegible] qualitas non fixa, tamen quia qualitas fixa est facta [illegible] sit naturalis, ideo virtus non ita [illegible] contra illa ad quam inclinat qualitas fixa. ¶ Ex his apparet primo quod cum in singultu sit subita contractio, et talis non sit in paulatina acquisitione siccitatis, ideo non oportet in illa fieri singultum. Patet secundo quod in ethica et in aliis febribus [illegible]

sinitatibus confirmatis continuus esset stos paula-
tine contractus tamen non fit singultus quia cum iste
qualitates sint fixe non conat nitura destruere
dispositiones que illas qualitates sequitur / Et hec
possunt satis quo de actoris colligi / Ex quibus
patet causa quia siccitate non confirmata / et non existe-
nte singultu / sed non ita siccitate existente et
confirmata. ¶ 2o nota quod quemadmodum spas-
mus potest fieri de repletione et de inanitione et
non proportionatur ad materiam / ita et contingit in
singultu. ¶ 3o nota quod singultus quando est cum
confirmata siccitate et valde intensa aut tamen
ad gradus est fiens / et ad factus / et aliquando
est singultus sequens sola facta siccitate ita
quod non est ibi gradus siccitatis sicut per materiam. //
¶ 4o nota quod multotiens per colligantiam fit sin-
gultus / quia epate multum magis aperto pa-
tiente et ita nervos quia cum stomacho colligantur
extendente / et illi qui habent vilos oris
stomaci tamen res extranea nociva percipiuntur
unde fit singultus / quia non fiunt pungitivi
mali cerebrum / et quia contra debilis sunt con-
tra nervorum qui ad os stomaci veniunt ¶ Con-

tum ad 2m. Dicit ista propositio que / Cuius
singultus abstinentie est signum malum patet quia quando
talis est signum dispositionis pravis per materiam ¶ 2a
que non quilibet singultus sequens siccitatem stomaci a con-
trarie supporta est deterior quam sequens repletionem
patet quia non deteriore dispositione sequitur ¶ 3a que et-
si non quilibet singultus sequens siccitatem sit mor-
talis / tamen quando talis sequens siccitatem confirmata
est mortalis / 2a patet per hoc quod omnis patet quia talis
mala quo sicca confirmata est incurabilis ¶ Sed
contra ista cadunt dubitationes / primum quia sternutatio
curat singultum / videtur quod in sternutatione fit
fortior concussio tamen stomaci tamen partium eius et hu-
morum quam in singultu / et ideo illud quod per sin-
gultum expelli non potuit per sternutationem
removeri / et sic singultus cum remotione ¶ 2o quia
non quilibet singultum sternutatio curat / nec
tamen est quia illum qui est de inanitione et per colli-
gantiam nec quia illum ubi non sit expellenda
materia non curat tamen ubi non sit expellenda
materia. ¶ 3a quia singultientes plurimum timore
provocato curantur a singultu / nec quia calor
provocato ad stomachum ille tales ... singul-
tum provocabat dissolvunt et plurimum tamen tamen
per te ymaginari potes. ¶ Ad primum arguitur
ad primum cum dicitur de siccitate ethica nec dicitur / et
tamen patet in positione ¶ Ad 2m quia siccitas non facit
singultum nego / et cum dicitur quod hoc est aut propter
siccitatem / aut propter debilitatem patet ex dictis contra-
ria a siccitate fieri / dilatationem ... a vir-
tute / Nec sunt siccitas cum summa desiccatione
et cum summa ... stare potest / contra ipsa cum
hoc desiccato stomacho non narrat graduum

desiccatione. ¶ Ad 2m concessione dico quod in ma-
iori gradu siccitatis fit maior contractio / sed
paulatim quia non sequitur singultus si sit fa-
cta et non quieta fieri / quia tunc non fit per ...
contractione dilatatio / sed remanet stomachus con-
tractus et corrugatus / vel non quia siccitas
de spasmo. ¶ Ad 3m et 4m ex dictis patet
solutio. /

In inmoderata purgatione.

Iste aphorismus est idem cum precedente. /

Spasmus est involutarius.

In isto G. primo declarat quid est spasmus / 2o
quid singultus / 3o dicit aphorismum / 2a ibi / si
ultus / 3a ibi / omnis enim / et omnes patent. /

Inebriatus aliquis.

In parte
aphorismi nota vero introductione
p. intendit tres conclusiones / 2a ponit
ibi / si non / ibi 3a / aut ad horam. ¶ Con-
clusio prima aphorismi est ista / si quis inebriatus
subito fiat sine voce ille moritur sup-
veniente aliquo spasmo / probatur in isto ultima-
tus quia cerebri repletur et nervorum capita de
... plus repletur ... patet quia et assump-
tum videbitur. ¶ **Si non febris.**
2a conclusio supveniente febre solvi est tale re-
briatum non mori / probatur quia per febre ma-
teria est apta consumi et quia supveniente
febre curatur / antecedens colligitur ex dictis in 2a
particula illo aphorismo / febre in spasmo / et con-
sequentia patet de se. ¶ **Aut ad horam.** 3a conclusio
talis inebriatus non moritur si loquitur cum
venit ad horam in qua crapule solvunt /
probatur quia si tunc loquitur signum est quod natura su-
peravit materiam tamen illa que in nervis quam illa que
in cerebro / sed natura superante materiam infirmus
non moritur ... vel / quia patet et assumptum vi-
debitur in notabilis. Quidam hunc aphorismum con-
cordia ponunt ex 3a particula problematum ... a
quod ego quia dicat non video / sed melius 3a
... colligitur ... de regione aque
et vini. ¶ Sed contra totum aphorismum non probo
quod ebrietas solet oriri magistraliter sic descri-
bi / Ebrietas est lesio operum cerebri cogno-
scitivarum et motivarum propter vinum vel sibi pro-
portionalis rei vaporem / et hoc vix licet
non tamen explicite intenditur. G. in commento / et addi-
tur propter vini vaporem ad denotandum quod tales
lesiones ex alia causa ut humore vel
apostemate vel vapore humoris non dicuntur e-
brietates sed aliis nominibus nominantur ut cor-
ruptio ymaginationis / stoliditas / desipientia
etc. et dicitur vel sibi proportionalis quia multa
sunt inebriantia alia a vino ut colligere
potest / 3a / particula commento de regione aque et vini d

¶ Nota 2° quod vinum cum ab eo plurimi vapores
elevent(ur) et illi sunt calidi et mobiles cum primum
steterint spiritibus cerebri illos perturbat et facit
ut non esse ita bonus instrumentum virtutis
animalis sicut debet, et hoc modo leduntur iste
operationes, et ita ledit cerebrum et inducit e-
brietatem. ¶ 3° nota quod musculi possunt
deficere a modo mediante nervo proprio illis, ut
vino, apoplexia, spasmo, et similibus, quia non
propter nocumentum primi, hinc cum dicimus repen-
te fieri sine voce constat quod musculi qui
movent in emittendo voce sunt lesi, sicut musculi
pectoris et epiglotis sunt lesi, et a motu
impediti, et sic intelligatur affor(ismus) ubi fiat iste
sine voce propter cerebri defectum non solum propter
apparatum nocumentum in instrumento locali. ¶ 4° no(ta)
quod per nocumentum cerebri ultimum musculi qui
ledunt sunt musculi pectoris, nam quando
totum consilium nullo modo moveri in apoplexia tamen
musculi pectoris movent(ur), ut dicitur in illo
affor(ismo) / Apoplexiam forte solvere etc. Ex hiis
patet quod cum repente fit sine voce, tunc omnes
musculi fiunt sine motu, et sic fit validior
oppositas, et propter cerebri oppilationem, et ideo
tunc est apoplexia ut patet ex dictis apoplexie sup-
posita. ¶ Nota 4° quod in corporibus quibusdam
ebrietas potest facere apoplexiam, primum in qualitate
de repletis flatibus circa caput, nam vinum
calidum existens multos vapores mandans cere-
bro, eliquat ita materias et facit eas cur-
rere ad ventriculos, et cursus spiritus prohibet
motum, et sic facit apoplexiam. ¶ 5° no(ta) quod
vinum in istis eisdem modis multas materias
ad capita nervorum, et iste modo replet ner-
vos et facit spasmum ibi. Ex hiis patet
primo conclusio textus, quia si inebriatus fiat per
cerebri nocumentum repente sine voce ipse fit
apoplecticus, et cum hoc per vinum incurrit spasmum
etc., et moritur et ideo moritur quia virtus
istis duobus morbis durare non potest.
¶ 6° nota quod febris est dissolutiva materie
flatuose, et ideo si supervenit febris possibile est
quod materia spasmi et apoplexie dissolvatur et per
consequens possibile est ut curetur, nam febrilis ca-
lor est per totum multo melius applicatur
quam alius ut dicitur 5 particula 2a illo affor(ismo) fe-
bre in spasmo. ¶ 7° nota quod crapula et
ebrietas quamvis sumuntur pro eodem, et ita videtur
quod sit. G. in commento, nam loco de solutione e-
brietatis ubi in affor(ismo) dicitur de crapula
sed quamvis sunt crapula non pro ebrietate
modo dicto, sed pro omni repletione cum calore
et pulsatione consequente multa quantitate cibi vel
potus. ¶ 9° nota quod iste crapule dicuntur
soluti quando removentur ita quod materia dissolvente in totum

vapores et digerente cibum et superfluum expellente
crapula solvitur. Terminum autem dissolutionis cra-
pularum non est idem in omnibus, nam in quibusdam in
una die solvitur, in quibusdam in duobus, et in
quibusdam in tribus et iste communiter potest ultimus
terminus. ¶ 10° nota quod loquela que est vocis e-
missio nisi sit deartículata significativa ad placitum
significat potentias nervorum ad movendum, et ymaginacionem
ad comprehendum, et ideo significat solutionem tam motive
quam cognoscitive virtutis a sui vinculo per ebrieta-
tem causato, et ideo si cum venerit ad horam qua
solet crapule solvi loquitur significat quod natura ta-
lem materiam vincat et dissolvit. ¶ Ex hiis patet omnium
commentum affor(ismi) verificatio sed secundum expositionem. Sed quia
ista expositio multiplicat omnes illos qui fiunt sine
voce repente propter ebrietatem fieri apoplecticos, et
2° implicat istos quamvis per se curari a virtute
in tali tempore in quo crapule solvuntur, videtur
ex dictis sequi quod certa apoplexia finaliter curatur 5,
.y. in affor(ismo) super allegato. ¶ Preterea ex potu vini
multiplicatis vaporibus contingit spiritus qui sunt
instrumentum sensus et motus fieri inhabiles instrumentum quia
tamen multiplicari potuit etc. quod nulla fiat for-
tis oppilatio mediante aliquibus membra fieret otio-
sa quod tamen membra moveri non potuit quare sic
quod fieret iste talis sine voce ex defectu cerebri
propter ebrietatem sine apoplexia quia non ex dictis
de apoplexia. ¶ Confirmatur quia ex potu vini potest
mandare subito ut fit sepe sine apoplexia, sed tunc
fiet repente sine voce, et tamen non fiet apoplexia
quare etc. Et patet hoc quotidie in experientia. Ad ista
quare affor(ismus) aliter intelligendus notando quod ex
potu vini quamvis ita multi vapores ascendunt
caput ut sine oppilatione reddat cerebrum
impotens ad operationes sensus et motus, isti quare va-
pores si contingunt cum multitudine flatuositatis vel alterius
humoris in cerebro vel corpore toto in tanto tempore
in quanto solet crapula multotiens advocat apo-
plexiam et spasmum secundum modum dictum in prima
conclusione inter alios et ideo in prima et moriuntur cum
spasmo. Si vero multos humores non inveni-
unt hoc non sufficiunt facere, sed in isto casu si
pervenerit hora qua crapule solvuntur quia isti
vapores soluti sunt cum non habeant permixtio-
nem humorum impedientium, ideo et virtutes inferio-
res possunt operari et exteriores, et hoc autem si
quosdam humores invenerit non sufficientes ad
apoplexiam faciendam, sed certo tempore continuanda eva-
poratione tunc illi humores attenduntur et cum
supervenit febris que est adiuvat ad illorum dis-
solutionem. ¶ Ex hiis patet quod quamvis aliquis inebriatus
fit repente sine voce aut accipit cum fe-
bribus, et hoc cum aliquis sed non plurimi sunt in humoris

aut supveniētes hoā q crapule solūt loqt
aut morit īnato spasmo ¶ Et ex hac dist
inctua se ista 9ª omīca affor / Quīb ebri
ateß repete fin voce q nō lo supue
